

**Recherches de  
Théologie et Philosophie médiévales**

**Bibliotheca  
10.2.1**

DVRANDI DE SANCTO PORCIANO

**SCRIPTVM SVPER IV LIBROS  
SENTENTIARVM**

Editioni curandae praesidet Andreas Speer

**Distinctiones 1-5 libri Secundi**

edidit Fiorella Retucci

**PEETERS**

## LIBER SECVNDVS

<DISTINCTIO PRIMA

QVESTIO PRIMA

VTRVM creatio sit possibilis>

5

[A1] Circa creationem primo queritur utrum sit possibilis.

10

Et uidetur quod non, quia actio essentialius respicit subiectum quam terminum dicente auctore *Sex principiorum* quod actio non requirit quid agat, set in quid agat. Est autem impossibile et contradictionem implicans quod aliquorum actio

[B1] Circa secundum librum *Sententiarum* queritur primo utrum Deus potuerit aliquid creare ab eterno. Et uidetur quod non, quia quod non est possibile absolute, non est possibile ab eterno; set creatio non est possibilis; ergo etc.

Probatio minoris, quia actio essentialius respicit subiectum quam terminum dicente auctore *Sex principiorum* quod actio non requirit quid agat, set in quid agat; set nulla actio potest esse sine termino, alioquin esset actio per quam nichil age-

sit sine termino, alioquin actio esset, ubi nichil ageretur; ergo impossibile est aliquam actionem esse sine subiecto. Cum igitur creatio dicatur esse sine subiecto, uidetur quod creatio non sit possibilis.

[A2] Item creatio uidetur esse aliquod medium inter Deum creantem et ipsam creaturam; set constat quod non est substantia; ergo est accidens; omne autem accidens requirit subiectum; ergo

*O,9r* | etc.

[A3] In contrarium est quod dicitur *II Mac. 7: Peto nate ut aspicias in celum et terram, et intelligas quod ex nichilo creauit ea Deus.*

[A4] Responsio. Intelligendum est quod per creationem, secundum quod nomen creationis communiter accipitur et importatur, accipitur actio per quam aliquid producit ex nichilo. Hoc autem potest intelligi tripliciter. Vno modo materialiter, scilicet quod nichil sit materia rei producte, quod esse non potest, quia quod *nichil est nullius potest esse materia*. Inest enim materia rei facte tamquam pars eius. Est enim materia *ex qua aliquid fit cum insit*, ut dicitur *I Phisicorum*. Alio modo ordinabiliter,

retur, quod est impossibile; ergo fortiori ratione nulla actio potest esse sine subiecto; set talis non est creatio; ergo etc.

25

[B2] Item creatio est aliquid medium inter creatorem et rem creatam; set constat quod non est substantia; ergo est accidens absolutum uel respectuum; set tale requirit subiectum; ergo etc.

*deest B*

35

40

45 ut sit sensus creaturam fieri ex nichilo, idest post nichil, ita ut ma-  
neat ordo affirmatiuus ad nichil tamquam ad terminum a quo.

[A5] Et licet hunc sensum doctores quandoque recipiant  
tamquam uerum ymaginantes quoquo modo, licet improprie,  
ens et nichil esse terminos creationis, tamen proprie loquendo  
50 istud non est uerum, pro eo quod non est possibile ponere ter-  
minos in actione in qua non est subiectum commune utrique  
termino, nisi uterque sit posituius (quod dico propter trans-  
substantiationem panis in corpus Christi). Cuius ratio est,  
quia necesse est quod uirtus agentis in omni actione attingat  
55 utrumque terminum: unus enim abiicitur et alius acquiritur, et  
utrumque fit uirtute agentis.

[A6] Et ideo oportet quod uirtus agentis utrumque attingat;  
utrumque autem potest attingi, quando uterque est posituius;  
set quando alter est posituius | et alter negatiuus, cum illud  
60 quod nichil est attingi non possit secundum se, oportet quod  
attingatur ratione alicuius subiecti substracti, quemadmodum  
fit in illuminatione aeris, cum de non illuminato fit illuminatus,  
et ubicumque alter terminorum est priuatio, alter uero forma;  
numquam enim attingi potest terminus negatiuus, nisi ratione  
65 substracti subiecti. Cum igitur in creatione non supponatur sub-  
iectum commune, impossibile est quod proprie loquendo de-  
mus ei duos terminos, scilicet ens et nichil.

[A7] Relinquitur ergo tertium, scilicet quod creatio dicitur  
esse de nichilo solum negatiue, quia non est de aliquo nec in  
70 ratione subiecti nec in ratione termini. Vnde sicut non habet

*deest B*

*O,9v*

subiectum, sic nec terminum ex quo uel a quo: sic enim non est motus neque *mutatio*, que sunt *a quodam in quoddam*.

[A8] Hiis preintellectis dicendum est quod Deus potest de nichilo aliquid producere modo quo expositum est. Quod patet dupliciter. Primo ex parte Dei producentis sic: Quidquid perfectionis est in secundis agentibus particulariter et diuisim, totum est in agente primo, a quo deriuatur omnis perfectio. Modo est ita quod agens naturale habet rationes rerum factiuas, set non cognoscitiuas; intelligentia uero habet rationes rerum omnium cognoscitiuas, set non factiuas; ergo Deus conferens agentibus naturalibus rationes factiuas et intelligentiis cognoscitiuas habet utrasque penes se, scilicet omnium rerum rationes factiuas et cognoscitiuas; aliqua autem sunt que non possunt fieri ex alio, ut  
*O,10r* | materia et huiusmodi; quare etc. Et si dicatur quod ratio bene concludit quod Deus habet omnium rerum rationes cognoscitiuas, sicut angelus, non tamen factiuas, quia nec eas habet agens naturale, ex quo sumitur argumentum quod sint in Deo, dicendum quod sicut perfectiones que sunt in creaturis particulariter et diuisim sunt in Deo unite et simul, sic ea que sunt in creaturis in potentia sunt actu in Deo. Quemadmodum enim Deus habet simul rationes rerum factiuas et cognoscitiuas que diuisim sunt in creaturis agentibus, sic materie, que est quedam potentia in agentibus naturalibus, respondet in Deo actus. Et quia potentia non est principium agendi, set actus, ideo agens naturale compositum ex materia et forma, per formam quidem, per quam est in actu, productiuum est forme consimilis, set per

*deest* 23

75

80

85

90

95

materiam, per quam est in potentia, non est productiuum materie alterius. Deus uero, in quo ratio materie est actus, potest esse productiuus materie.

100 [A9] Secundo patet idem ex parte rei producte sic: Separare a re ea que sunt extrinseca rei non implicat contradictionem nec repugnantiam intellectuum; nunc est ita quod fieri ex aliquo competit rei extrinsece; ergo dicere quod aliqua res, immo omnis res, fiat ex nichilo uel non ex aliquo, quod idem est, non  
105 implicat contradictionem; omne autem tale est Deo possibile; ergo etc.

Maior patet. Minor probatur, quia forme naturales, que dicuntur produci, non producantur de nichilo, set educuntur de potentia materie, nec preexistunt | in materia secundum se uel  
110 secundum aliquid sui, neque materia neque aliquid materie aut in materia existens conuertitur in naturam forme, ut patebit in sequentibus; ergo educi de aliquo competit eis pure extrinsece. Et sic est de omnibus que dicuntur fieri ex aliquo quantum ad terminum factionis, quia compositum fit ex aliquo intrinsece  
115 quod est pars sui, puta ex | materia, set nullum compositum fit secundum quamlibet sui partem, set solum secundum unam fit, scilicet secundum formam, secundum alteram uero preexistit, scilicet secundum materiam.

[A10] Ad primum argumentum dicendum quod maior propositio est falsa.

[B30] Ad primum argumentum dicendum quod minor propositio est falsa, | quia creatio est possibilis, ut probatum est. Et ad probationem dicendum est per interemptionem maioris.

*deest B*

*O,10v*

*D77rb*

*V163rb*

*M196vb*

Omnis enim actio est realiter eadem cum suo termino et ideo essentialiorem habitudinem habet ad suum terminum quam ad subiectum.

Quod autem dicit auctor *S e x p r i n c i p i o r u m* quod actio non requirit quid agat, set in quid agat, intelligendum est sic, quod actio naturalis, de qua loquimur, que habet subiectum et terminum, supponit subiectum tamquam aliquid preexistens, non autem supponit terminum, set producit.

[A11] Ad secundum dicendum quod creatio non est substantia nec accidens aliquod medium inter Deum et creaturam, set est respectus creatoris et creature adinuicem secundum rationem dantis esse et accipientis. Declara ut uis.

Omnis enim actio realiter est eadem cum suo termino uel saltem illa que est sine motu, qualis est creatio, et ideo essentialiorem ordinem habet ad suum terminum quam ad subiectum.

[B31] Ad secundum dicendum quod creatio non est aliquid medium inter Deum et creaturam, set est ipsamet creatura sub respectu uel denominatione respectiua ad dantem esse. Est enim creari idem quod habere esse ab alio secundum se totum.

## &lt;QVESTIO SECVNDA

## VTRVM POTENTIA CREANDI POSSIT COMMVNICARI CREATVRE&gt;

[A1] Secundo queritur utrum potentia creandi possit commu-  
nicari creature. Videtur quod non, quia cui non potest com-  
5 municari quod sit primum agens simpliciter ei non potest com-  
municari quod agat nullo supposito; set creature non potest  
communicari quod sit primum agens simpliciter, quia iam non  
esset creatura, set creator; ergo etc.

Minor patet.

10 Probatio maioris, quia quanto agens est superius, tanto pau-  
ciora supponit, sicut pauciora supponit natura, que solum sup-  
ponit materiam, quam ars, que supponit ens actu. Et hoc quia  
ars nature innititur tamquam priori agenti. Set agens supremum  
ut Deus sicut nulli alii agenti innititur, ita nichil ex parte facti  
15 supponit. Ex quo uidetur quod per hoc competit alicui agenti  
quod nichil supponat ex parte facti, quia est primum agens sim-  
pliciter non innixum alteri, et ideo cui non potest communicari  
unum nec alterum. Et hec fuit maior.

[A2] Item omne quod agit per motum necessario supponit  
20 in quod agat; set omnis creatura necessario agit per motum,  
cum agat ut instrumentum prime cause; instrumentum autem  
non agit nisi per motum; ergo etc.

*deest* 23

*O,13r*



[A3] Preterea *agere sequitur esse*; igitur *quod habet esse receptum in materia*, oportet quod eius *actio recipiatur in materia*; set omnis creatura est huiusmodi: solum enim Deus est cuius esse non est receptum in materia, cum in ipso solo esse sit idem quod essentia; ergo etc.

[A4] In contrarium arguitur, quia, quamquam agens possit *O<sub>1</sub>13<sup>v</sup>* excedere effectum secundum se, tamen semper uidentur equari in actione et passione, quia nec aliud nec plus agit agens quam recipiat patiens; set creatio passio non arguit in creato infinitam potentiam passiuam uel aliquid infinitum productum; ergo nec creatio actio arguit in create infinitam potentiam actiuam; set propter aliud non negatur quin creatio possit communicari creature, nisi quia creatio uidetur infinitam potentiam requirere in create; ergo etc.

[A5] Responso. *Creatio dicitur productio alicuius nullo supposito*. Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo quod nichil supponatur ex parte agentis, set creans innitatur solum sue uirtuti, et hoc modo secundum omnes creare non potest communicari creature et rationabiliter. Cui enim potest communicari quod non innitatur priori agenti, illi potest communicari quod non sit ab alio tamquam a causa agente; semper enim effectus innitatur sue cause, precipue si sit causa eius conseruatiua: tunc enim innitatur ei in esse et per consequens in omnibus perfectionibus que supponunt esse; set nulli creature potest commu-

deest 23

25

30

35

40

45

nicari quod non sit ab alio agente, quia natura creature importat oppositum, scilicet quod sit ab alio; ergo nulli creature potest communicari quod creet nullo supposito ex parte agentis.

- 50 [A6] Alio modo potest intelligi quod nichil supponatur ex parte facti, licet creans innitatur priori agenti. Et istud potest esse dupliciter. Vno modo quod communicetur creatio secundum totum ambitum, | et istud non potest esse, quia cui potest communicari creatio secundum totum suum ambitum, il-
- 55 lud potest creare omne creabile; set nulla creatura potest creare omne creabile (saltem se ipsam, que est de numero creabilium); ergo etc. Alio modo quod communicetur creatio quantum ad aliquem specialem effectum.

- [A7] Sic adhuc dicunt quidam quod nec isto modo creare potest communicari creature. Conuertuntur enim secundum eos hoc quod, si nichil supponitur ex parte facti, nec ex parte agentis, et si aliquid supponitur ex parte agentis, oportet necessario aliquid supponi ex parte facti. Rationes autem eorum posite sunt in arguendo.

- 65 [A8] Hiis tamen non obstantibus dicendum est quod Deus potest communicare creature quod producat aliam creaturam nullo supposito in quo agat. Et quia tota repugnantia que uidetur esse in creatura, ne creet, fundatur in duobus, quorum unum est quod creatio | uidetur requirere infinitam potentiam
- 70 in creante propter infinitam distantiam entis a non ente, aliud

*deest B*

*O,14r*

*D77va*

est quod omnis actio creature uidetur esse per motum uel mutationem, que necessario supponunt subiectum, ideo hec duo infringentur per ordinem.

[A9] Primo ergo ostendetur quod non est necessarium id quod creat habere uirtutem infinitam propter infinitam distantiam non entis ab ente. Quod patet primo per hoc quod ens et nichil non sunt termini creationis, ut apparet ex precedente questione. Quod enim creatio dicatur esse de nichilo, solum intelligitur negatiue, quia non est de aliquo nec in ratione | subiecti  
*VI63va* nec in ratione | termini. Ex quo potest formari talis ratio: Quando-  
*O,14v* cumque actio non habet subiectum nec terminum a quo, set solum effectum productum, nisi effectus productus secundum se arguat infinitatem uirtutis productiue, non poterit argui ex aliquo quod sit in actione, quia non est ibi aliquid nec subiectum nec terminus nec distantia terminorum; set creatio est huiusmodi, ut declaratum est in questione precedente; ergo etc.; effectus autem creationis secundum se non arguit infinitam uirtutem agentis, cum et ipse sit finitus; ergo etc.

[A10] Secundo: Dato quod ens et nichil sint termini creationis, adhuc non uidetur uerum quod assumitur, scilicet quod inter ens et nichil sit infinita distantia, quia omnis distantia uidetur requirere terminos positiuos, quod patet in distantia locali: inter ea enim quorum neutrum habet locum aut inter ea quorum unum habet locum et non alterum non potest esse distantia

*deest* 3

75

80

85

90

95 localis, sicut inter duos angelos uel inter corpus et angelum (si  
ponatur angelus nullo modo esse in loco) uel, ut loquamur sine  
calumpnia, nulla distantia aut proprietas localis est inter ulti-  
mam speram et nichil quod est extra ipsam; ergo similiter nulla  
100 est distantia secundum formam inter illa quorum alterum nec  
est forma nec habens formam; set ens et nichil sunt huiusmodi;  
ergo etc.

[A11] Item dato quod inter ens et non ens sit aliqua distan-  
tia, tamen illa non potest esse infinita, quia illa distantia non est  
infinita qua est dare maiorem; set | distantia entis ad non ens,  
105 ut pertinet ad creationem, est dare maiorem, scilicet illam que  
est entis ad non ens, quod implicat contradictionem; ergo etc.

[A12] Item presentia uel absentia subiecti non mutat distan-  
tiam terminorum. Eque enim distant album et nigrum in sub-  
iecto, sicut distarent separata a subiecto; set ens et nichil, puta  
110 forma et priuatio, non distant in infinitum in subiecto; ergo etc.

[A13] Concedo tamen quod ens et nichil in nullo conueni-  
unt, set ex hoc non sequitur quod distent in infinitum, sicut  
ultima spera et nichil extra non sunt simul nec tamen distant in  
infinitum. Quod si quis interpretetur distantiam entis ad nichil  
115 esse non conuenientiam in aliquo, certe propter hanc non oportet  
ponere in creante infinitam potentiam, quia hanc absoluit  
agens naturale. Quod patet. Termini enim generationis per se  
sunt forma et priuatio, que secundum se est purum nichil, licet  
subiectum aliquid sit, ut dicitur *I P h i s i c o r u m*, et similiter  
120 in illuminatione termini sunt lumen et priuatio eius; distantia  
autem horum dissoluitur per agens naturale; ergo etc.

deest B

O,15r

Patet igitur quod distantia entis ad nichil non arguit infinitam potentiam creantis nec per consequens impedit quin <creare> creature possit communicari.

[A14] Secundum patet, scilicet quod non sit de ratione creature quod agat per motum uel etiam mutationem, quin oppositum possit ei communicari. | Et de motu quidem manifestum est, cum uideamus aliquas actiones creature esse sine motu, sicut est illuminatio. De mutatione autem probatur sic: Non minus est possibile Deo separare accidens a subiecto dum producit quam postquam productum est; set secundum est possibile et fit in sacramento altaris; ergo et primum, scilicet quod accidens producat non ex subiecto nec in subiecto ab agente naturali, cooperante tamen Deo non ad productionem, set ad talem existentiam rei producte, et per consequens producet absque mutatione que subiectum requirit.

Et confirmatur, quia, si de ratione actionis creature esset supponere subiectum, uirtute diuina non posset fieri quod esset sine subiecto, quia ea que sunt intrinsece de ratione alicuius non possunt <ab eo> separari absque contradictione.

[A15] Ad primum argumentum dicendum per interemptionem maioris. Ad probationem, cum dicitur quod agens superius pauciora supponit, si diligenter consideremus exemplum quod adducitur, magis concludit oppositum quam propositum. Certum est enim quod infimum agens est natura. Nam intelligentia, cui natura innititur et a qua natura dirigitur

deest 23

125

130

135

140

145

eo quod *opus nature est opus intelligentie* et secundum AVGVSTI-  
 NVM Deus creaturam corporalem administrat per spiritualem,  
 est agens per artem; item perfectius est habere dominium sui  
 150 actus quod habet | agens per artem quam agere impetu nature,  
 unde et causa prima, que perfectissima est, | agit per artem, non  
 per naturam. Cum igitur agens per artem creatum plus sup-  
 ponat quam agens per naturam, patet quod ordo agentium non  
 respondet ordini subiectorum, ita quod agens quod pluribus in-  
 155 nititur plus supponat. Set estimo quod sic esset adhuc nichil ad  
 propositum, quia exemplum dicit quid est secundum ordinem  
 institutum, non quid Deus possit facere uel quid possit aliis  
 communicare.

[A16] Ad secundum dicendum per interemptionem mino-  
 160 ris. Quod enim natura, que est instrumentum cause prime, agat  
 per motum potest dupliciter intelligi. Vno modo quod agat  
 mota ab alio uel quod agat mouendo aliud uel utrumque, sci-  
 licet quod agat mota et actio quam agit in aliud sit motus. Pri-  
 mum non potest dici, scilicet quod, quando creatura agit, quod  
 165 ipsa moueatur accipiendo proprie motum, quia uel ille motus  
 esset localis, quod non uidemus, nec ad formam, quia non est  
 necessarium | quod creatura, dum agit, puta ignis dum com-  
 burit, recipiat nouam formam per quam agat, set sufficit quod  
 170 conseruetur in eo forma precedens, scilicet calor, qua conserua-  
 ta et apposito combustibili ignis comburit nulla noua motione  
 facta in ipso igne. Non enim sic est de agente naturali, sicut de

*deest* 23*D77vb**O,16r**V163vb*

	instrumento artis, puta securi, quia securis et consimilia non habent in se uirtutem aliquam actiuam, qua conseruata possint	<i>deest</i> 23
<i>O,16v</i>	ad solam presentiam obiecti agere ad formam artis, et ideo semper indigent noua motione. Agentia autem naturalia tales uirtutes habent, et ideo noua motione non indigent. Set adhuc dato quod oporteret creaturam moueri a Deo noua motione quotienscumque ipsa ageret, tamen nichil ad propositum, nisi detur secundum membrum, scilicet quod omnis actio creature est motus uel mutatio, quia, quantumcumque creatura, dum agit, moueatur a Deo, si tamen actio in aliud non sit motus uel mutatio, non requirit subiectum in quod agat. Et tamen ex forma arguendi solum primum assumitur.	175 180
	Quod autem motus et mutatio non sint de ratione actionis creature, quod oppositum implicet contradictionem, persuasum est in corpore solutionis et aliter potest persuaderi sic: Sicut instrumentum recipit uirtutem agendi ab artifice, sic per uirtutem receptam potest agere. Verbi gratia securis per motum localem recipit uirtutem secandi et secatio, que secat, motus localis est. Quid igitur inconueniens quod creatura, que per creationem accepit uirtutem agendi, agat uel saltem <agere possit creando? Saltem> oppositum non probatur.	185 190
<i>O,17r</i>	[A17] Ad tertium dicendum per interemptionem maioris et minoris. Multi enim tenent pro uerissimo quod esse creature non differt realiter   ab eius essentia, cuius oppositum accipit	195

minor propositio. Maior etiam falsa est, scilicet quod illud quod  
 habet esse receptum in alio oportet quod actio eius recipiatur in  
 alio, quia, licet agere supponat esse, tamen non oportet quod  
 condiciones ipsius agere sequantur uel imitentur condiciones  
 200 ipsius esse, alioquin, cum esse uniuscuiusque rei sit tantum in  
 re cuius est esse nec transeat in materiam exteriorem, nulla ac-  
 tio transiret in materiam exteriorem, quod falsum est tam de  
 actione Dei quam creature. Et similiter non oportet quod ac-  
 tio creature de necessitate recipiatur in subiecto dato quod esse  
 205 creature sit receptum. Nam econtrario aliqua actio Dei requirit  
 subiectum, sicut est productio gratie, quamuis esse diuinum in  
 nullo sit receptum.

deest B

<QVESTIO TERTIA  
 VTRVM ALIQUA CREATVRA  
 POTVERIT PRODVCII AB ETERNO>

[A1] Tertio queritur utrum aliqua creatura potuerit produci ab  
 5 eterno. Et uidetur quod non.

deest B

[A1-B3] \* *Omnis duratio inclusa inter duo nunc necessario est finita,*  
 sicut omnis linea que est inter duo puncta necessario est finita; *set* om-  
 nis *duratio creature* necessario clauditur *inter duo nunc; ergo etc.*



Minor probatur. Creatio enim cuiuslibet creature necessario est in aliquo nunc; non enim est in tempore, cum sit subita; modo etiam est accipere \*aliud\* nunc; inter que duo nunc tota duratio creature clauditur; quare etc.

[A2-B4] Item aut creatura simul fit et facta est, aut prius fit et posterius facta est. Si dicatur quod prius fit et posterius facta est, eterna esse non potest, quia haberet aliquid prius se duratione. Si uero simul fit et facta est, aut hoc erit uerum pro quolibet instanti aut pro uno tantum. Non pro quolibet, quia \*sic\* uerum esset dicere quod mundus fit et factus est, creatur et creatus est, quod uidetur inconueniens. Si pro | uno nunc tantum, cum nullum nunc transiens, quemadmodum est nunc mensurans creationem, que transit, sit eternum, impossibile est aliquam creaturam esse ab eterno.

[A3-B5] Item secundum PHILOSOPHVM I Peri hermenias: *M194rb Omne quod est, quando est, necessarium | est esse, sicut Sortem sedere* *D78ra* \*dicitur\* quando sedet, ita quod | pro tempore illo quo est, non est potentia, ut non sit, nec ex parte rei nec ex parte alicuius agentis, et similiter quod fuit, quando fuit, necessario fuit. Quod autem est ne-

cessarium isto modo non est necessarium absolute, quia erat potentia in tempore precedenti per quam iste actus potuit impediri. Ex hoc sic arguitur: quod aliquando fuit nec erat potentia precedens per quam  
 30 potuit impediri, tale necessario fuit necessitate absoluta, ita quod nulla est potentia, nec ex parte rei, nec ex parte Dei, quod illud non esset. \*Et\* si ponatur creatura fuisse ab eterno, numquam fuit duratio precedens, ratione cuius existentia eius posset impediri; ergo ipsa fuit necessario necessitate absoluta, ita quod nec ex parte Dei nec ex parte rei fuit  
 35 possibile eam non esse; hoc autem est hereticum; ergo etc.

[A4] Item si mundus fuisset ab eterno, infinite reuolutiones celi fuissent pertransite; hoc est impossibile; ergo etc.

40 [A5] Item si mundus | fuisset ab eterno, heri precessissent infiniti dies, similiter et hodie; set infinito nichil est maius; ergo tot precessissent heri sicut hodie; set  
 45 hoc est impossibile, cum hodie sit noua dies addita; ergo etc.

[B6] Item omnis creatura habet de se non esse. Si ergo ab alio accipiat esse, aut simul habebit utrumque, scilicet esse et non esse, aut prius non esse quam  
 esse. Non simul, quia implicat contradictionem: ergo prius habet non esse quam esse, aut ergo natura, aut duratione. Si duratione, habetur propositum, scilicet quod non fuit ab eterno. Si na-

*0,22r*

[A6] Item tempus ab heri est pars temporis ad hodie; set pars non potest equari toti; equarentur autem, si infiniti dies precessissent; ergo etc.

tura solum, ergo simul duratione et pro eodem instanti habet esse et non esse, quod est impossibile.

50

[A7] Item si mundus fuisset ab eterno, fuissent infiniti homines; set corrupto homine anima remanet; ergo essent infinite anime; hoc autem uidetur impossibile; ergo etc.

*V164ra*

55

[A8-B7] Item uersio in nichil opponitur creationi, que est ex nichilo; | set omne annihilatum habet non esse post esse duratione; ergo omne creatum esse habet esse post non esse duratione; \*nichil tale\* potest esse eternum; ergo etc.

*O,2r*

60

[A9] Item natura et duratio sunt idem in Deo; set Deus necessario precedit res natura; ergo duratione; set nichil habens aliquid prius duratione potest esse eternum; ergo etc.

| *deest* 33

65 [A10] Ad idem est DAMASCENVS libro I cap. 8, qui dicit: *Non aptum natum est quod ex non esse ad esse deducitur coeternum esse ei quod sine principio et semper est.*

[A11] Et HVGO DE SANCTO VICTORE libro I De sacramentis dicit quod *ineffabilis potentie uirtus non potest aliquid*  
70 *preter se habere coeternum.*

[A12] In contrarium arguitur, quia *non minus est potens essentia diuina quam persona; set persona diuina potest aliam personam diuinam sibi coeternam* producere, non nisi creando; ergo etc.

[A13] Item creatura potest  
80 effectum suum statim, cum est, producere, sicut statim cum est ignis, est et splendor eius; ergo multo fortius hoc potest facere Deus, qui est potentior omni  
85 creatura.

[B8] In oppositum est, quia *non minus est potens essentia diuina quam persona; set persona potuit aliam diuinam personam* ab eterno producere, sicut et produxit; ergo *essentia diuina potuit* ab eterno *producere* aliam *essentiam sibi coeternam.*

[B9] Item non minus est potens Deus super suum effectum quam creatura; set creatura potest statim, cum est, suum effectum producere, sicut statim cum est ignis, est et splendor eius; ergo multo fortius hoc potest facere Deus.

deest B

F89rb

N68rb

M194va

*deest* ¶

[B10] Responsio. Questio ista potest habere duplicem intellectum, secundum quod li 'ab eterno' potest duo determinare, scilicet hoc quod est 'potuit' uel hoc quod est 'creare'. Primo modo queritur de possibilitate creationis absolute. Est enim sensus: Vtrum Deus potuerit ab eterno creare, idest utrum ab eterno habuit potentiam creandi aliquid. Et cum constet quod Deus habuit ab eterno potentiam ad omne quod est possibile (nulla enim potentia aduenit ei ex tempore), ideo hoc modo queritur de possibilitate creationis absolute. Set secundo modo queritur de possibilitate creationis non absolute, set respectu eternitatis, an scilicet actus creandi potuerit esse ab eterno. Et in utroque sensu deducetur questio. 90

[B11] Quantum ad primum, suppono quod creatio nominat productionem alicuius rei nullo presupposito ex parte producti, et tunc probo quod creatio est possibilis tripliciter. Primo sic: materia est aliquid productum; set hoc non potest esse nisi per creationem; ergo etc. 100

*Mu121rb*

Minor patet, quia materia est ultimum subiectum, propter quod eius productioni non potest aliquid prius subici.

*O<sub>2</sub>v*

Probatio maioris: Omne quod non habet causam agentem est de se necesse esse circumscripto quolibet alio, quia, sicut nichil potest incipere esse nisi per aliquod agens quod deducit ipsum de non esse ad esse, ita nichil potest desinere esse nisi per ali-

*deest* ¶

110

quod agens deducens ipsum de esse ad non esse. Et sic omne | *A53rb*  
 quod non habet causam agentem de se necesse est esse | omni alio *Z56rb*  
 circumscripto; set materia non est de se necesse esse omni alio  
 circumscripto, quia de se non potest esse sine forma; quare etc.

115

Si dicas quod immo uirtute diuina, incidis in propositum no-  
 strum, quia, si non potest esse sine forma nisi Deo hoc faciente,  
 ergo non est de se necesse esse.

120

[B12] Secundo, quia omne quod ordinatur per se ad finem  
 dependentem ab agente, ipsum dependet ab agente, quia illud  
 quod est ad finem non minus dependet quam finis (nam cum  
 illud quod est ad | finem dependeat ex fine, a quocumque de- *M194vb*  
 pendet finis, et illud quod est ad finem); set materia ordinatur  
 per se ad formam sicut ad finem, ut patet ex *I I P h i s i c o -*  
*r u m*; ergo cum omnis forma que est in materia dependeat ab  
 agente, oportet quod materia similiter dependeat.

125

[B13] Si dicatur quod per eandem rationem materia depen-  
 debit ab agente creato, quia multe forme introducuntur in ma-  
 teria ab agente creato, et tamen nullus hoc ponit de materia,  
 respondeo: Si materia per se ordinaretur sicut ad finem ad solas  
 formas eductas de potentia materie per agens creatum, argu-  
 mentum teneret. Set non est sic, set ordinatur indifferenter | *O23r*

*deest* ¶

ad omnem formam possibilem perficere materiam. Et ideo non 130  
 oportet quod dependeat nisi ab illo agente quod de se sufficit ad  
 omnem formam introducendam in materia.

[B14] Tertio sic. Nulla productio supponit subiectum nisi  
 quatinus terminus productionis non potest esse sine subiecto:  
*fieri enim ordinatur ad esse*; set Deus potest facere quod acci- 135  
 dens sit sine subiecto, ut in sacramento altaris; ergo potest facere  
 quod accidens fiat sine subiecto; set tunc esset uera creatio; ergo  
 etc. Et hec ratio partim innititur fidei. Et sic patet primum.

*F89va*

[A14-B15] \*Responsio.\* | Creatura posse fuisse ab eterno potest 140  
 dupliciter intelligi. Vno modo quod semper fuerit nec habuerit sue  
 entitatis causam seu principium, et isto modo \*impossibile est\* secun-  
 dum philosophiam et hereticum secundum fidem aliquid preter Deum  
 fuisse uel posse fuisse ab eterno. Alio modo quod creatura semper qui-  
 dem fuerit non habens sue durationis initium, habens tamen sue enti-  
 tatis causam et principium, et hoc negari non potest nisi \*uel\* 145  
 deffectum \*potentie diuine\* uel propter repugnantiam creature.

*M195ra*

Primum nullus dicit, quia potentia diuina ad omne possibile | se  
 extendit.

[A15-B16] Nec secundum \* dici potest, quia repugnantia ex parte | *N68va*  
 150 creature, ne ab eterno posset fieri, aut esset propter deffectum potentie  
 passiuæ ab eterno, aut quia esset repugnantia intellectuum. Primum non  
 potest dici, quia pari ratione nichil | omnino posset creari nec ab eterno *O23v*  
 nec de nouo, cum creatio nichil omnino supponat ex parte facti.

Solum ergo restat uidere si est repugnantia intellectuum, idest si  
 155 contradictionem implicat creaturam fuisse ab eterno.

[A16] Et dicenda sunt tria.  
 Primum est quod non repugnat  
 creature permanenti fuisse pro-  
 ductam ab eterno; secundum erit  
 160 quod motui et omni rei successi-  
 uæ repugnat ab eterno fuisse; ter-  
 tium erit quod, dato quod motus  
 uel creatura sub motu non po-  
 tuerit esse ab eterno, tamen non  
 165 est possibile dare primum instans  
 ante quod non potuerit esse mo-  
 tus uel creatura sub motu.

[B17] Et dicendum est ad  
 hoc quod creaturarum est duplex  
 genus, quia quedam sunt perma-  
 nentes, ut homo et angelus,  
 quedam uero successiuæ, siue per  
 successionem partium eiusdem  
 continui, ut motus celi, siue per  
 successionem partium non con-  
 stituentium aliquid continuum,  
 sicut generatio succedit genera-  
 tioni, ut, cum gallina generatur  
 ex ouo et ouum ex gallina, et sic  
 semper.

170 Ad presens autem tractabitur  
 questio solum quoad res perma-  
 nentes, ostendendo quod quelibet  
 res permanens potuit esse ab  
 eterno.



\*Primum apparet\* tripliciter, secundum quod tria sunt de ratione creature. Est enim *creatura ens productum ab alio de nichilo*. 175

Ratione qua creatura est ens non potest sibi repugnare fuisse ab eterno, quia potissime repugnaret Deo, in quo uerissime saluatur ratio entis. Igitur si repugnat ei, hoc erit uel ratione cause producentis, quia ab alio, uel ratione productionis, quia ens productum, uel ratione termini, quia de nichilo. Et de hiis omnibus \*sunt tacte\* difficultates in 180 argumentis.

[A17-B18] Quod autem non sit necesse causam agentem precedere duratione suum effectum, patet, quia aut illud esset de ratione agentis in quantum agens absolute, aut in quantum est tale agens, scilicet per | *O<sub>2</sub>Ar* uoluntatem. Primum | non potest dici, quia inueniuntur multa agentia 185 *D78rb* quorum effectus statim | sunt cum causis | suis. Statim enim cum est *M195rb* ignis, lumen eius est in domo, et sol in eodem instanti in quo creatus *Mu121va* est emisperium illuminauit.

Item nec de ratione agentis per uoluntatem est quod precedat duratione suum effectum, nisi uoluntas sit de nouo accedens, ita ut de non 190 uolente fiat uolens, aut uoluntas sit deliberationem sequens; neutrum autem istorum est in Deo; ergo etc.

[A18-B19] Item uoluntas diuina non minuit eius potentiam; set  
 secundum omnes, si Deus ageret ex necessitate nature, res fuissent ab  
 195 eterno; ergo non obstante quod Deus agat per uoluntatem, res po-  
 tuerunt fuisse ab eterno; non est ergo repugnantia intellectuum, si di-  
 camus | causam agentem non precedere duratione suum effectum. *Z56va*

[A19-B20] Quod autem non sit repugnantia ex parte productionis  
 quin creatura possit esse ab eterno, inquirendum est nunc, quia in  
 200 hoc dependet maior pars questionis. Quidquid enim detur de produc-  
 tione creature, siue quod sit in instanti siue in tempore, semper uidetur  
 sequi quod creatura sit de nouo. Si enim creatio sit successiua et in  
 tempore, ipsa duratione precedet | creaturam. Si autem sit in instanti, *F89vb*  
 inter illud instans et aliud, quod nunc accipitur, includitur tota duratio  
 205 creature et in illis finitur tamquam in suis terminis. Et ideo, licet ad  
 probandum quod agens creatum non | precedat duratione suum effec- *Oz4v*  
 tum sufficiat probare quod agat ex necessitate nature et actione subi-  
 ta, tamen non sufficit hoc circa agens increatum. Quamuis enim non  
 repugnet actioni momentanee quod sit | in eodem instanti in quo est *A53va*  
 210 causa agens, que etiam in instanti incipit esse, tamen repugnat actioni  
 momentanee quod sit eterna, ut uidetur.

[A20-B21] Ad tollendum igitur hanc difficultatem distinguendi  
*M195va* sunt | modi quibus aliquid habet fieri, qui sunt quatuor in uniuerso.  
*N68vb* *Quedam enim fiunt | per motum solum, sicut aqua fit calida per motum*  
*calefactionis. Alia fiunt per mutationem sequentem motum \*ex\* necessi-* 215  
*V164rb* *tate, sicut forma substantialis | introducitur in materia per generationem*  
*sequentem alterationem preuiam, cuius ipsa est terminus saltem extrin-*  
*secus. Tertio modo fiunt aliqua per mutationem \*sequentem quidem\**  
*motum, set non per se nec ex necessitate, sicut illuminatur emisperium*  
*nostrum a sole, quam illuminationem precedit motus localis solis, per* 220  
*quem fit nobis presens; in primo autem instanti, quando factus est sol, fuit*  
*aer illuminatus a sole, set non per precedentem motum. Quarto modo*  
*fiunt aliqua non per motum aut mutationem, set per simplicem emanatio-*  
*nem, sicut illa que creantur.*

[A21-B22] In hiis autem quatuor modis fieri et factum esse non 225  
 eodem modo se habent. Nam in illis que fiunt per motum factum esse  
*O<sub>2</sub>5r* se habet ad fieri sicut eius terminus; et simili modo mensura | ipsius facti  
 esse se habet ad mensuram ipsius fieri sicut eius terminus; propter quod,  
 sicut motus uel fieri mensuratur tempore, sic factum esse mensuratur  
 nunc temporis, quod est nunc fluens. Et sicut uerum est dicere de tali 230  
 re quod fit solum pro tempore mensurante motum, sic uerum est dicere  
 quod facta est solum pro illo instanti in quo terminatus est motus.

- [A22-B23] In illis uero que fiunt per mutationem sequentem motum per se idem est iudicium. Quia enim unum est propter alterum, 235 scilicet motus precedens propter sequentem mutationem, iudicandum est quod utrobique sit tantum unum quoad mensuram, ita | scilicet ut *M195vb* talis res dicatur solum fieri pro tempore mesurante motum, facta autem pro nunc quod est terminus illius temporis, quamuis factum esse et fieri secundum ipsam mutationem precise simul sint et unum et idem.
- 240 [A23-B24] In hiis uero que fiunt per mutationem sequentem motum localem, set non ex necessitate, ut dictum est de illuminatione, aliter est, quia propter motum precedentem non dicitur res fieri, quia per motum localem nec forma acquiritur subiecto, nec aliqua dispositio ad formam. Et ideo factum esse per sequentem mutationem non 245 est terminus precedentis motus nisi per accidens, quia est dum terminus precedentis motus est, nec mensura eius est eadem cum mensura termini motus nisi secundum accidens, inquantum ei coexistit primo. *Mu121vb* Alio enim nunc mesuratur terminus motus | localis, quia nunc temporis fluente, alio mesuratur illuminatio, quia nunc stante et non fluente. Quod patet sic: *idem manens idem*, et secundum idem et respectu eiusdem, *semper natum est facere idem*, si agat ex necessitate nature; set 250 si sol accedens ad primum punctum nostri emisperii | staret ibi, ita *F90ra* quod ibi | terminaretur motus localis precedens et inciperet illuminare *D78va*

\*aerem nostrum\*, tunc sol maneret idem respectu aeris et secundum  
idem ageret et ex necessitate nature; aer autem maneret in eadem dis- 255  
positione, ut suppono; ergo sol sic manens semper faceret idem. Sicut  
ergo in primo instanti uerum fuit dicere quod lumen fit et factum est,  
ita, \*quamdiu sol sic manet\*, uerum est dicere \*quod lumen\* fit et fac-  
tum est. Propria ergo mensura talis fieri non est nunc fluens, quod non  
contingit bis accipere, set nunc stans, quod potest pluribus partibus 260  
*Z56vb* temporis coexistere. | Verumtamen, quia motus precedit, est dare ali-  
*M196ra* quod nunc temporis cui primo coexistit nunc \* | illuminationis, quod  
non esset, nisi motus prederet.

[A24-B25] In hiis uero que fiunt per simplicem emanationem abs-  
que motu precedente, sicut illa que creantur, fieri et factum esse simul 265  
sunt et unum, et mesurantur nunc stante, quod non necessario co-  
*N69ra* existit | primo alicui nunc temporis. Quod patet, quia *actio et passio*  
*O<sub>2</sub>5v* *sunt unus* motus sub diuersis respectibus, a quo et ad \*quod\*; igitur  
circumscripto motu actio et passio dicunt solos respectus inter produ-  
cens et productum. Cum ergo creatio sit sine motu, creare et creati 270  
dicunt solos respectus inter Deum et creaturam, ita quod creare \*non  
est aliud\* quam dare esse \*alii\* nullo supposito et creati quam sic habere

esse a Deo. Et ideo, cum pro quolibet instanti sit uerum dicere quod  
 creatura habet esse a Deo, pro quolibet etiam uerum est dicere quod  
 275 creatur et creata est. Nec oportet mensuram creationis primo coexi-  
 stere alicui nunc temporis, quia non oportet aliquem motum precedere  
 creationem, sicut fit in illuminatione noua ratione nouitatis. Set sicut  
 in diuinis semper uerum est dicere quod Filius gignitur et genitus est a  
 Patre ex necessitate nature et in ydemptitate essentie, sic uerum est di-  
 280 cere de creatura, quamdiu est, quod creatur a Deo et creata est ex libera  
 tamen Dei uoluntate et in diuersitate essentie, ut sit eadem actio crea-  
 tionis rerum et conseruationis earum. Et licet sic sentiendum sit, tamen  
 aliter est loquendum, scilicet secundum quod plures loquuntur. Quia  
 enim actiones nobis | notiores sunt cum motu aut sequuntur motum, *V164va*  
 285 ut generationes rerum naturalium, et in hiis res non dicitur fieri post  
 primum instans in quo accepit esse, \*et\* ideo secundum hanc | similitu- *O26r*  
 dinem nec nos dicimus quod celum nunc creetur aut angelus, | \*quod\* *M196rb*  
 tamen secundum rei ueritatem sic sentiendum sit. Mensura igitur crea-  
 tionis est nunc stans, quod potest pluribus nunc temporis coexistere.

Nec est necesse dare aliquod nunc temporis cui primo coexistat, cum 290  
 nullus motus creationem precedat, sicut non est necesse dare a parte  
 A53vb post ultimum | nunc temporis cui duratio creature ultimo coexistat.

[A25-B26] Ex hiis formatur talis ratio: Actio que non est successiua,  
 \*set subita\*, nec mensuratur nunc fluente, quod non contingit pluries acci-  
 pere, set nunc stante, talis actio non impedit quin productum per eam 295  
 possit \*semper\* coexistere producenti. Et hoc manifestum est ex preceden-  
 tibus. Si enim esset successiua, impediret coexistentiam respectu cuiusli-  
 bet agentis. \*Rursum\*, si esset subita et mensuraretur nunc fluente, non  
 impediret coexistentiam effectus respectu agentis temporalis, impediret  
 tamen respectu eterni, quia tale nunc non contingit pluries accipere; et 300  
 F90vb ideo, cum semel acceptum sit, prius accipi non potuit | et sic ab eterno  
 non fuit; set hiis amotis nichil impedit ex parte actionis coexistentiam ef-  
 fectus cum agente eterno; set *creatio est talis actio* que non est successiua,  
 set *subita*, nec mensuratur nunc fluente, set stante, ut deductum fuit;  
 ergo non repugnat creature ratione sue productionis quin possit ab eter- 305  
 no \*coexistere Deo\* producenti, quod fuit secundum \*primi propositi\*.

O26v [A26-B27] Item apparet tertio ex eo quod | creatura dicitur esse \*de\*  
 nichilo. Ex hoc enim forte uidetur quod creatura habet esse post nichil  
 duratione et hoc sic: Illud quod non precedit creaturam duratione uel

310 natura non impedit | eam quin possit esse eterna; set esse nichil uel ex *M196va*  
 nichilo non precedit esse creature duratione uel natura; ergo etc.

Maiores patet, etiam si \*solum poneretur\* quod non prederet du-  
 ratione.

Minor probatur. \*Sicut enim supra probatum fuit\*, creatura non  
 315 dicitur fieri ex nichilo materialiter, tamquam nichil sit materia facti,  
 nec ordinabiliter, ita ut maneat ordo affirmatiuus | ad nichil sub hoc *Mu122ra*  
 sensu quod fiat ex nichilo, idest post nichil, set dicitur fieri ex nichilo  
 pure negatiue, idest *non ex aliquo*, et isto modo nulla antecessio dura-  
 tionis aut nature intelligitur ipsius nichil ad esse creature. Vnde non est  
 320 necesse creaturam prius tempore uel natura fuisse nichil quam aliquid.

[A27-B28] Quod autem consueuit dici quod creatura prius naturali-  
 ter est non ens quam ens, | quia de se habet quod sit non ens, ab alio *N69rb*  
 autem habet quod sit ens, | prius autem est quod inest alicui ex se quam *D78vb*  
 illud quod inest ei ab alio, non intelligo qualiter possit esse uerum, quia  
 325 quod inest alicui ex se uel ex natura sua naturam non destruit, set ponit  
 uel supponit; non ens autem uel nichil naturam destruit; ergo impos-  
 sibile est quod aliqua res ex natura sua sit non ens uel nichil.

[A28-B29] Nec obstat, si dicatur quod res de natura sua non est ens,  
 quia aliud est | dicere naturam rei non habere esse de se et habere de *O27r*



se non esse: primum enim istorum est uerum, secundum autem est 330  
 impossibile et falsum. Et ita patet quod non repugnat creature, \*quati-  
 nus\* ex nichilo, quin sit uel esse possit ab eterno, quia per hoc quod  
 Z57ra creatura | est ex nichilo nullus ordo nature aut durationis importatur  
 ad nichil. Sic igitur apparet \*primum principale, scilicet\* quod crea-  
 ture \* non repugnat fuisse ab eterno.

O<sub>1</sub>.17v [A29] Nunc uero restat ostendere secundum, scilicet quod  
 repugnat motui uel creature sub motu fuisse ab eterno. Quod  
 patet sic: In quibuscumque est dare primum et ultimum illa  
 sunt finita; set in reuolutionibus celi acceptis seu preteritis  
 necesse est dare primam reuolutionem et ultimam; ergo neces-  
 sario precesserunt reuolutiones finite et non infinite; set mo-  
 tus constans ex reuolutionibus finitis quantitate et numero non  
 potest esse ab eterno; ergo etc.

Maior patet, set minor probatur, quia in omnibus preteritis  
 reuolutionibus fuit ordo durationis, ita quod numquam fuerunt  
 due simul, set semper una post aliam in post sumendo uel ante  
 aliam in ante sumendo; igitur cum quelibet accepta sit et omnes,  
 aut est accepta aliqua antequam nulla aut non. Si sit accepta  
 aliqua antequam nulla, habeo propositum, quia illa erit prima;  
 nunc uero est dare ultimam acceptam, scilicet hodiernam; ergo  
 etc. Si uero non sit dare aliquam reuolutionem antequam alia  
 non sit accepta, contra: ante omnes nulla fuit. Perinde autem  
 est quod ante omnes etiam coniunctim acceptas fuerit aliqua  
 alia ab omnibus coniunctim acceptis et quod ante quamlibet

335

deest 33

340

345

350

355 acceptam fuerit aliqua alia, quia non sunt accepte nisi quodam  
ordine una ante aliam et numquam plures et simul; ergo non  
sunt omnes accepte nisi sit accepta aliqua que includat omnes,  
alioquin inter coniunctim acceptas non esset ordo.

[A30] Et confirmatur, | quia in post sumendo non essent ac-  
360 cepte omnes, nisi esset accepta aliqua claudens | omnes; ergo  
nec in ante sumendo. Fieret autem hoc magis manifestum, si in  
loco cuiuslibet reuolutionis preterite sumeretur aliquid perma-  
nens, puta granum milii, et deduceretur in eis ratio preinducta.  
In tota enim multitudine granorum acceptorum ordine quo-  
365 dam, scilicet quod unum fuerit acceptum ante aliud uel post  
aliud et nullum aliter, necessario esset dare aliquod granum  
antequam nullum esset acceptum uel non omnia grana essent  
accepta propter ordinem acceptionis, ratione cuius unum in-  
cludit aliud. Sic ergo patet quod in reuolutionibus celi est dare  
370 necessario primam et ultimam. Et hoc fuit minor. Vel potest sic  
formari ratio: Quod necessarium esset ponere in accipiendis, si  
deueniretur ad hoc quod essent accepte, illud idem necessarium  
est ponere in iam acceptis; set in accipiendis, si deueniretur ad  
hoc ut essent accepte, esset dare primam et ultimam; ergo etc.

375 [A31] Set ad hoc respondent aliqui dicentes quod argumen-  
tum procedit ex falsa ymaginatione, hac scilicet quod in motu  
celi sint plures reuolutiones, quod non est uerum, cum sit unus  
motus et continuus. Istud autem in nullo impedit rationem,  
quia, etsi in motu non sint plures reuolutiones distincte per in-  
380 teriectionem quietis, sunt tamen plures signatione sensus | et ra-  
tionis, sicut in quanto continuo, puta in linea, sunt plures partes

*deest B*

*O,18r*

*V164vb*

*O,18v*

non quidem actuali diuisione, quia iam non esset ibi continui-  
tas, set signatione. Sicut ergo ad probandum lineam continuam  
non esse infinitam sufficit probare quod in linea non possunt  
signari infinite partes equales, puta bipedales, nec tamen propter  
hoc oportet actu secare lineam, sic ad probandum quod motus  
continuus infinitus non fuerit sufficit probare quod in ipso non  
possint signari infinite partes equales, puta reuolutiones, nec  
oportet eas sic signare quod actu diuidantur interiecta quiete.  
Patet ergo quod motus uel creatura sub motu non potuit esse ab  
eterno impediendo ordine partium acceptarum, in quibus neces-  
sarium est signare primam et ultimam.

[A32] Et idem est de omnibus que simili modo accipiuntur,  
*D79ra* sicut circulatio generationis et corruptionis. Ex quo | patet quod  
quidam insufficienter arguunt quod motus ab eterno potuerit  
esse, quia, ut dicunt, non est impedimentum ex parte motoris,  
cum sit eternus, nec ex parte mobilis, quia similiter potest esse  
ab eterno. Nec in spatio, in quo est motus celi, oportet esse  
aliquod signum in actu in quo oporteat incipere motum, cum  
motus celi non sit rectus, set circularis; ergo nichil impedit quin  
motus celi possit esse eternus. Et dicendum quod nullum isto-  
*O,19r* rum predictorum impedit, | set ipsa natura motus que requirit  
ordinem partium, in quibus acceptis necessarium est dare pri-  
mam et ultimam, ut deductum fuit.

[A33] Quod autem probatum est de omni successione generaliter  
potest probari de generatione specialiter sic: Si generatio  
potuit esse ab eterno, hoc maxime fuisset ponendo uirum et  
mulierem creatos ab eterno. Immo non uidetur aliter possibile,  
cum opus propagationis supponat opus creationis, quod, si aliter  
sit possibile, scilicet quod omnes genitos, quemlibet ab ali-  
quo priore et sic semper, nec sit deuenire ad aliquem creatum et

*deest* 33

385

390

395

400

405

410

non genitum tantum, si hoc modo est possibile generationem fuisse ab eterno, et illo modo similiter, quia homo creatus ab eterno coexistisset cuilibet genito et omnibus. Et ideo secundum  
 415 ipsum potuit generatio fuisse ab eterno, sicut secundum alium modum; set isto modo non potuit; ergo nullo modo.

Probatio minoris. Homo creatus ab eterno aut prius fuisset et posterius genuisset, et sic generatio non fuisset ab eterno, aut non prius fuisset quam genuisset, set mox, ut fuit, genuit. Set  
 420 hoc non potest esse. Probatio, quia agens per motum preexistit termino motus non solum natura, set duratione; set generans agit per motum alterationis cuius terminus extrinsecus est generatio; ergo homo generans necessario preexistit omni generationi non solum natura, set duratione. Et sic generatio non  
 425 potuit esse ab eterno, | quia nichil precedit eternum duratione.

[A34] Concludit autem hec ratio non solum de hac generatione uel illa, set de generatione simpliciter, si bene aduertatur, quia, sicut hic generans precedit hanc generationem duratione, sic generans simpliciter generationem simpliciter et absolute.

430 [A35] Item oportet hominem creatum precessisse omnem ab eo genitum et coniunctim accipiendo, quia non est creatus cum aliquo genito ab ipso etiam coniunctim accipiendo; quare etc.

[A36] Sic igitur patet secundum principale, scilicet quod motui et cuilibet successioni generationis et corruptionis simili-  
 435 ter repugnat fuisse ab eterno.

Modum restat tertium declarandum, scilicet quod, licet motus uel natura sub motu non potuerit esse ab eterno, tamen non potest dari aliquod instans temporis antequam motus incipere non potuerit. Et hoc patet sic: Quodcumque instans temporis  
 440 datum precessit a parte ante infinita duratio non dico temporis, set eternitatis, sicut a parte post sequetur infinita duratio; set dato quocumque instanti temporis, semper a parte post possibile

*deest B*

*O,20v*

	est dare aliud in infinitum, nullum tamen datum possibile dari equabitur eternitati a parte post, set semper exceditur in infinitum ab eternitate; ergo a parte ante dato quocumque instanti, in quo inceperit motus, possibile est dare aliud ante ipsum in quo	<i>deest</i> 38
<i>VI65ra</i>	similiter incipere potuit, et sic   semper; nullum tamen datum equabitur eternitati, set in infinitum exceditur ab eternitate.	445
<i>O,21r</i>	[A37] Ymaginatio autem quorundam   non est bona. Dicunt enim quod Deus potest producere creaturam in quocumque instanti nec repugnat ei produci: non enim est defectus ex parte diuine potentie, ubi non est repugnantia ex parte creature. Ex hoc sic arguitur: Ponatur in esse quod creatura producta sit in quocumque instanti produci potuit, aut producta est in aliquo instanti ante quod nullum potuit dari aut non. Si sic, habetur propositum, scilicet quod est dare instans ante quod creatura sub motu esse non potuit; si non, ergo non est producta in quocumque instanti produci potuit. Nam si datum fuisset quodcumque quod dari potuit, aliud non esset, quia preter quodlibet uel ante quodlibet nullum. Et dicendum quod unumquodque sic debet poni in esse, sicut est possibile. Que enim sunt in potentia ad actum simpliciter sine permixtione potentie ad ulteriorem actum, ut sic possunt poni simpliciter esse; que autem sunt in potentia ad actum permixtum potentie non possunt sic poni in esse. Verbi gratia: linea potest diuidi in infinitum et secundum quodlibet signum; potestne poni quod sit diuisa in infinitum secundum quodlibet signum? Certe non, quia repugnat nature linee, que non est ex signis, set ex lineis, que semper sunt diuisibiles facta quacumque diuisione. Similiter Deus potest continuare motum   causando circulationem	450 455 460 465 470

post circulationem. Numquid potest poni in esse quod Deus  
 produxerit | omnes circulationes quas producere potest unam  
 post aliam in infinitum? Certum est quod non, quia est repu-  
 gnantia ex parte creature, que est in potentia, ut iterum reuol-  
 475 uatur quantumcumque reuoluta sit, et ex parte diuine potentie  
 que non potest exhauriri, ut producto quocumque effectu possit  
 similem iterum atque iterum semper producere. Et sicut dic-  
 tum est in post sumendo, sic intelligendum est in ante sumen-  
 do. Quod ergo dicitur 'ponatur in esse quod Deus produxerit  
 480 creaturam sub motu in quocumque instanti non repugnat ei  
 produci', dico quod, si ponatur in esse, sicut debet poni et est  
 possibile, nichil impossibile sequetur. Motus enim non potest  
 incipere in quolibet instanti coniunctim, quia, si inciperet in  
 uno, non potest incipere in alio simul, nec potest incipere in  
 485 quolibet diuisim accipiendo in actu, quia non est possibile quod-  
 libet esse acceptum in actu quin restet aliquid accipiendum in  
 ante et post. Et ideo neuter istorum modorum poni debet in  
 esse, secundum quam tamen uiam procedit argumentum. Set  
 possibile est motum incipere in quolibet instanti diuisim non  
 490 actu simpliciter, set cum permixtione potentie ad ulteriorem ac-  
 tum, et si sic ponatur in esse, poneretur hoc modo quod motus  
 incepit in tali uel in tali instanti cum possibilitate incipiendi in  
 instanti posteriori, et sic semper.

[A38] Ad primum argumen-  
 495 tum dicendum quod duratio crea-  
 ture sub motu necessario inclu-  
 dit inter duo nunc temporis que  
 sunt fluentia, quorum neutrum

[B32] Ad tertium dicendum  
 quod duratio creature inclusa in-  
 ter duo nunc, que sunt fluentia,  
 est necessario finita. Set duratio  
 creature permanentis, | non ac-

*deest* B*O<sub>1</sub>21v**O<sub>2</sub>7v*

contingit bis accipere. Et ideo creatura sub motu hiis limitata terminis quoad durationem non potuit esse ab eterno. Set duratio creature sine motu nec accipientis esse per motum aut per mutationem sequentem motum, set per simplicem emanationem, non necessario includitur inter talia duo nunc <set mensuratur nunc> stante, quod potest pluribus partibus temporis coexistere, immo, quod plus est, potest toti tempori preexistere, et ideo non oportet talem durationem esse quid finitum.

cipientis esse per motum nec per mutationem sequentem motum, non necessario includitur inter talia duo nunc, set mensuratur nunc stante, quod potest pluribus partibus temporis coexistere, immo, quod plus est, potest toti tempori coexistere. Et ideo non oportet talem durationem esse finitam.

510

*F90va* [A39-B33] Ad \*secundum\* dicendum quod creatura, dum creatur, simul fit et facta est. Et hoc non solum \*est uerum\* pro uno nunc fluente, set pro nunc stante, quod potest toti tempori coexistere et preexistere, \*ut plenius deductum fuit in corpore solutionis\*.

[A40-B34] Ad \*tertium cum dicit\*: Illud quod aliquando fuit nec erat tempus precedens pro quo potuit impediri illud, est necessarium necessitate absoluta, dicendum quod falsum est. Siue enim creatura sit ab eterno producta siue ex tempore, | semper est a Deo libere producta et non ex necessitate absoluta. Quod patet, quia illud quod non est necessario uoluitum non est a Deo necessario productum, cum Deus agat per uoluntatem. Set Deus nichil aliud a se uult ex necessitate.

*M197ra*

525

Non enim necessitatur uoluntas nisi respectu finis uel eorum sine quibus finis non potest haberi uel habitus conseruari. Nichil autem tale inuenitur in creaturis respectu diuine bonitatis, que est omnium finis. Et ideo nichil creatum est a Deo necessario uoluitum uel productum.

530 Quod enim tempus precedat uel non precedat, nichil facit ad hoc quod aliquid procedat a Deo libere uel necessario. Tota enim | ratio libertatis *O28r* uel necessitatis sumenda est ex habitudine potentie ad obiectum.

Quod patet, quia omnis predestinatus est ab eterno predestinatus, et tamen quilibet predestinatus libere est | predestinatus, ita quod ab *A54ra*  
 535 eterno potuit non predestinari. Et similiter est in proposito. Quod, si \*quis\* dicat \*non esse\* simile, quia predestinatio, ratione eius quod est 'pre', importat antecessionem ad effectum predestinationis, et ideo quod predestinatum est, non necessario est, quia respicit determinatum tempus, non sic autem illud quod est ab eterno, non ualet, quia  
 540 non solum effectus predestinationis, qui euenit in tempore, contingenter euenit et non ex necessitate, puta Sortem saluari, set ipsum esse predestinatum saluari, quod est eternum \*nec\* respicit determinatum tempus, liberum | fuit et non necessarium nisi ex suppositione, sicut *N69va*  
 Sortem currere supposito quod currat.

*deest* ¶

| [B35] Ad sextum patet solutio ex iam dictis.



	[A41] Ad quartum dicendum quod bene probat quod motus non potuit esse ab eterno, quod concessum est. Solutio autem quam aliqui dant, scilicet quod non est inconueniens infinitas	<i>deest</i> 38
<i>V165rb</i>	reouolutiones   esse pertransitas que numquam fuerunt pertrans- eunde, set semper pertransite, non ualet, quia contradictionem implicat quod aliquid sit pertransitum quod numquam fuit	550
<i>O,22v</i>	pertranseundum, sicut quod aliquid sit preteritum quod   numquam fuit presens aut futurum.	
	[A42] Ad quintum dicendum quod infinito, secundum quod infinitum, non potest fieri additio; nichil tamen prohibet quin infinito, ex ea parte qua non est infinitum, possit aliquid addi.	555
	Verbi gratia: si poneremus columpnam infinitam secundum longitudinem et non secundum latitudinem, posset ei aliquid addi secundum latum, set non in longum. Si autem poneremus	
<i>D79va</i>	corpus omniquaque infinitum, nichil omnino   posset ei addi. Similiter dato quod motus semper fuisset nec habuisset durationis initium, habet tamen a parte post durationis terminum (possumus enim nunc signare ultimam reouolutionem que fuit); et ideo a parte ante nichil possit addi, quia infinitus, set a parte post continue potest aliquid addi et additur cotidie. Ex hac etiam parte unum est maius altero et unum pars et aliud totum. Ex ea autem parte qua est infinitum unum non est maius altero nec pars aut totum respectu alterius. Talia enim respiciunt aliquam mensuram que non potest inueniri in infinito secundum quod infinitum.	560 565 570
	[A43] Patet ergo quod argumentum non bene concludit, licet conclusio sit uera, ut declaratum fuit. Per idem et eodem modo patet ad sextum argumentum.	

[A44] Ad septimum per idem et dicunt quidam quod ratio non concludit, quia uel potest dici quod unus intellectus sit in omnibus hominibus, sicut posuit COMMENTATOR, uel potuit mundus fieri sine hominibus, uel finite anime perfecissent | et animassent infinita corpora successiue. Potest enim Deus facere quod anima que separatur ab uno corpore perficiat aliud, et secundum hoc non erit necessarium ponere infinitas animas actu. Set istud non ualet, quia non debet defendi ueritas per illud quod est falsum et erroneum. Ponere autem unam animam omnium hominum est falsum et impossibile etiam secundum philosophiam, ut patebit infra, et nichilominus erroneum quoad fidem. Et ideo per hoc non debet nec potest defendi ueritas de possibilitate eternitatis mundi.

Quod autem subditur quod Deus potuit facere mundum sine hominibus aut quod una anima plura corpora animaret, uerum quidem est, set non soluit argumentum. Queritur enim quare non potuit facere mundum cum hominibus, ita quod una anima non informaret plura corpora, nec simul nec successiue, et tunc corruptis hominibus remanerent infinite anime, nec erit assignare rationem quare non sit possibile. Non enim est magis impossibile homines fuisse ab eterno quam quodcumque aliud, nisi quia aliquid est in homine incorruptibile per naturam, scilicet anima intellectiua, in aliis autem nichil. Set istud non ualet, quia quod est corruptibile per naturam potest Deus conseruare per gratiam ne corrumpatur | (sicut lapidem), et tunc concluditur id quod de animabus.

[A45] Alii soluunt dicentes quod in qualibet reuolutione signata potuit Deus unam animam creare, set non in omnibus

*deest* B*O,23r**O,23v*

absolute loquendo, quia Deus nichil potest producere nisi sub aliquo ordine; infinitum autem omnem ordinem subterfugit; ideo per nullam potentiam possunt infinita produci. Set istud uidetur absque ratione dictum. Si enim in qualibet reuolutione per se accepta et assignata potuit Deus unam animam creare, potuit et in omnibus. Omnes enim possunt et potuerunt signari, etsi non a nobis accipientibus unam post aliam, tamen a Deo considerante simul et actu quamlibet earum et omnes. Quare ergo Deus, qui quamlibet signauit, in qualibet simpliciter unam animam producere non potuit, ut essent tot anime quot reuolutiones pertransite, non uideo.

[A46] Item, si anima desineret esse cessante reuolutione, siue per naturam siue per uoluntatem diuinam subtrahentem influentiam suam, nullus negaret quin Deus potuisset tot animas produxisse quot reuolutiones. Non enim conceditur infinitas in reuolutionibus et negatur in animabus, nisi quia reuolutiones transeunt et anime manent, et ideo infinitas animarum esset actu et simul, quod non credunt possibile, infinitas autem reuolutionum non est simul, set successiue, quod est possibile. Potest ergo Deus producere tot animas quot fuerunt reuolutiones, quarum quelibet cessaret cessante reuolutione.

[A47] Ex hoc arguitur sic: Quecumque sunt talia quod nulli eorum repugnat esse nec habent oppositionem adinuicem per quam uno posito aliud destruat nec successionis in esse necessarium ordinem, talia possunt simul esse sicut successiue (quid enim impediret eorum simultatem, ut uidetur?); set infinitarum animarum productarum uel possibilium produci in infinitis reuolutionibus modo quo statim probatum est nulli earum secundum se repugnat esse, nec comparata ad alteram habet oppositionem, per quam una excludat aliam, nec habet

*deest* 23

605

610

615

620

625

630

- successioneis necessarium ordinem; ergo possunt esse simul, sicut possunt esse successiue. Non ualet ergo solutio quam isti dant ad argumentum nec motiuum eorum est sufficiens, quia, si  
 635 essent infinite anime, quelibet earum haberet eundem ordinem ad Deum et ad alias res quam habent anime | que modo sunt, ipsius autem infiniti secundum multitudinem secundum se non oportet | querere aliquem ordinem, cum secundum se non sit aliquid unum nec ens.
- 640 Dicendum ergo quod impossibile est fuisse reuolutiones infinitas et eodem modo impossibile est esse uel fuisse animas infinitas successiue productas. Dico autem successiue, | quia si simul producantur, non est impossibile, causa dicta fuit in I libro dist. 43.
- [A48-B36] Ad \*octauum\* dicendum quod non est simile de creatione et uersione, quia uersio supponit creationem. Non enim est uertibile in nichil nisi creatum | ex nichilo. Propter quod omnis uersio ex tempore est, cum ipsam precedat creatio duratione. Creatio autem nichil supponit, nec subiectum nec terminum, ratione | cuius oporteat in ea ponere nouitatem. Si uero \*arguetur\* sic: 'uersionem in nichil sequitur  
 650 | aliqua duratio, ergo creationem ex nichilo precedit aliqua duratio, quia sic se uidetur habere uersio ad nichil in ratione termini ad quem, sicut creatio ad nichil ut a quo', dicendum quod nichil non est terminus a quo creationis, nec terminus ad quem uersionis, ut supra probatum fuit. Attamen quod assumitur non est uerum, scilicet quod uersionem
- deest B*  
  
*V165va*  
  
*D79vb*  
  
*O<sub>1</sub>24v*  
  
*M197b*  
  
*Mu122rb*  
  
*O<sub>2</sub>8v*

in nichil necessario sequatur aliqua duratio. Est enim uersio aliquid 655  
 non habere esse a Deo postquam habuit esse ab ipso. Sicut enim creare  
 est dare alicui totum suum esse, ita uertere in nichil est non dare esse  
 cui prius dabatur. Istud autem uerificatur toto tempore quo res est non  
 ens uel non est ens postquam fuit. Et ideo uersio potest coexistere infi-  
 nite durationi a parte post, sicut creatio a parte ante.

[A49] Ad nonum dicendum quod, licet essentia diuina et  
 eius duratio sint idem, tamen esse simul natura cum Deo et  
 esse simul cum eo duratione differunt realiter propter respectum  
 connotatum in hoc quod dico simul. Aliqua enim esse simul  
 duratione est unum [durationis est unum] esse dum aliud est, 665  
 quod quidem potest conuenire creature respectu Dei, ut osten-  
 sum est; esse autem simul natura est unum non preintelligi alteri  
 nec supponi ab altero, set esse simul naturali intelligentia absque  
 dependentia uel presuppositione unius ab altero, quod non pot-  
 est competere creature respectu Dei; ideo etc.

[A50] Ad illud quod ultimo adducitur de DAMASCENO et  
 HVGONE dicendum quod, licet creatura ab eterno fuit, tamen  
 non esset dicendum eam equari Deo in eternitate, quod im-  
 portat nomen coeterni quasi coequatum eternitati, quia eter-  
 nitas creatoris est semper tota simul uniformiter se habens nec  
 potest aliquam uariationem suscipere, quelibet autem creatura  
 mutabilis est aliququaliter, etiam si ab eterno esset. Propter quod  
 eternitas creature non potest equari eternitati creatoris. Et hoc 675

660

*deest* B

665

670

675

modo intelligendum est creaturam non posse esse coeternam  
 680 creatori, non quin creatura ab eterno esse potuerit, set quia eter-  
 nitas eius defficit a perfectione eternitatis diuine, nec duratio  
 eius esset proprie eterna, quia non mensuraretur eternitate, set  
 euo, coexisteret tamen semper eternitati. Et sic exponende sunt  
 auctoritates DAMASCENI et HVGONIS.

685 Et hanc rationem tangit BOETIVS ultimo De consola-  
 tione dicens sic: *Nec recte, inquit, cum audiunt uisum Platoni  
 mundum hunc nec habuisse initium temporis nec habiturum esse  
 deffectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coeter-  
 num putant. Aliud enim est per interminabilem uitam duci, quod*  
 690 *mundo Plato tribuit, aliud interminabilis uite totam pariter com-  
 plexam esse presentiam.*

deest B

## &lt;QVESTIO QVARTA

## VTRVM DEVS AGAT IMMEDIATE IN OMNI ACTIONE CREATVRE&gt;

[A1] Quarto queritur utrum Deus agat immediate in omni ac-  
 tione creature. Et uidetur quod sic, | quia, sicut se habet unitas ad  
 5 constituendum numeros in ratione cause materialis, sic se habet  
 Deus ad creaturas in ratione cause agentis; set unitas immediate  
 sui additione ad numeros constituit omnem numerum preter  
 binarium, quem constituit per se ipsam uel in se ipsa replica-

deest B

O,25r

ta: addita enim binario constituit ternarium et addita ternario constituit quaternarium, et sic de omnibus; ergo similiter Deus cum aliis agentibus immediate producit omnem effectum preter primum, quem producit per se ipsum solum.

[A2] Item sicut se habet esse ad esse, ita agere ad agere; set creatura omnino non esset, nisi Deus immediate ei adesset; ergo nec creatura aliquid ageret, nisi Deus immediate ei coageret.

[A3] In contrarium est, quia, si Deus immediate omnia ageret, actio creature superflueret; hoc autem est inconueniens; ergo etc.

[A4] Responsio. Hec questio unum supponit et aliud querit. Supponit quod tam Deo quam creature competat agere, alioquin questio non haberet locum. Et de Deo quidem nulla est dubitatio, cum demonstratum sit a philosophis | totum uniuersum esse ab uno primo principio, quod dicimus Deum; de creatura autem, quamuis aliqui pauci quandoque senserint quod omnino nichil agat, puta quod ignis non calefacit, set

*D80ra* |  
*O,25v* Deus causat calorem et sic de omnibus, tamen, quia hoc | tollit a rebus proprias operationes, tollit etiam iudicium sensus, quo experimur res creatas in inuicem agere, ideo nunc ab omnibus tamquam improbabile refutatur.

[A5] Supposito ergo quod Deus et creature agant, queritur utrum Deus agat in omni actione creature immediate.

*deest* 23

10

15

20

25

30

Et dicunt aliqui | quod sic, et hii bifurcantur. Quidam enim dicunt quod *tales effectus sunt a Deo inquantum habent esse, a creatura autem inquantum habent determinatum esse*. Quod uidentur sic probare: *Nullius rei totum esse suum principium sumit ab aliqua creatura, cum ad esse rei faciat materia que a solo Deo creatur. Ad distinctionem autem esse nichil facit materia, set solum forma, quam creatura in presupposita materia inducit. Ex hoc sic: Deus creans materiam operatur immediate ad esse rei,*

35  
40 *creatura autem dans formam operatur ad esse distinctum. Esse autem est magis intimum rei quam ea per que determinatur, unde remanet aliis remotis, ut dicitur prima propositione De causa s i s. Ergo in omni re Deus est intimius et immediatius operans quam aliqua creatura.*

45 [A6] Hec autem positio non uidetur esse ad propositum, assumit etiam falsum.

Quod non sit ad propositum, patet, quia aliud est dicere quod Deus producat immediate aliquid quod est in creatura, scilicet materiam, que est altera pars substantie composite, quod utique

50 uerum est nec hoc querit questio; aliud est dicere quod Deus producat immediate omne | illud quod producit creatura. Cum enim actio creature attingat formam ut terminum actionis sue

*deest B*  
*V165vb*

*O,26r*



et non materiam, ut ipsimet dicunt, querimus utrum ipsam formam rei naturalis, ad quam immediate attingit actio creature, attingat etiam actio Dei immediate. Ipsi autem pertractant primum et non secundum, ut patet ex medio quod adducunt, et ideo non est ad propositum.

Assumit etiam falsum. Quod enim dicunt quod esse est intimius rei quam ea que ipsum determinant, si intelligatur quod esse in potentia sit intimius rei quam esse in actu per quod determinatur, falsum est. Sicut enim per formam quelibet res est uerius id quod est quam per materiam, ut dicitur II P h i s i c o r u m , sic esse actu est uerius et intimius rei quam esse in potentia. Si autem intelligatur quod esse actuale in sua communitate sumptum intimius est rei quam ea per que determinatur ad hoc esse uel illud quod est esse uiuens uel esse intellectuale, tunc uariant propositum suum, ut de se patet. Et etiam non uidetur uerum, quia que penitus sunt idem unum non est intimius rei alio; set esse et determinatum esse in una et eadem re, sicut in planta, sunt penitus idem re, *uiuere enim uiuentibus est esse*; ergo unum non est rei intimius quam alterum loquendo realiter; secundum rationem tamen esse in communi intimius est rei quam perfectiones determinantes ipsum, et secundum intellectum prius aduenit et posterius recedit. | Separatur enim secundum rationem ab aliis, quia communius est, ut in preallegata propositione dicitur. Set ex hoc non potest haberi quod

deest 38

55

60

65

70

75

Deus immediatius operetur in omni re quam aliqua creatura, immo nec quod operetur immediate, quia uniuersalia non fiunt nisi factione singularium. Et ideo res non sunt ab aliquo inquantum habent esse, nisi quia sunt ab eodem inquantum habent hoc determinatum esse, cuius oppositum pro conclusione ponit hec opinio.

[A7] Alii tenent eandem conclusionem, set alio modo quoad aliquid. Dicunt enim quod duo sunt genera effectuum: quidam enim sunt a solo Deo creatura nichil cooperante, ut angelus uel celum, et tales *effectus* sunt *a Deo immediate et totaliter*, idest secundum omnem modum, et de istis non procedit questio; alii sunt effectus causarum secundarum et non solius Dei, et de istis est questio. De quibus dicunt quod sunt *a Deo toti immediate*, non tamen *totaliter*, hoc est secundum omnem modum. Quod declarant, quia, ut dicunt, *Deus agit uniformiter in omnibus rebus quantum est de se, ita quod tota diuersitas* in effectibus est ex diuersitate *recipientium* influentiam diuinam propter diuersitatem suarum naturarum. Et ideo *effectus, ex ea parte qua* sunt *ex causis secundis*, habent *distinctionem* et non ex parte Dei. Sic igitur res inquantum sunt, a Deo sunt, quia | in hoc non distinguuntur, inquantum autem habent esse distinctum, sunt a causis secundis per quas distinguuntur. Verbi gratia: *In re uiuente idem est penitus uiuere et esse, et ideo totum est immediate a Deo et totum immediate a secundo agente*, set non eodem modo, quia ex parte ipsius esse non est distinctio in rebus; set per uiuere distinguitur una res | ab alia; propter quod Deus dat esse et uiuere, set solum sub ratione ipsius esse in quo nichil distinguitur; creatura uero dat totum illud sub ratione qua est uiuere ex parte cuius est in rebus distinctio.

deest B

O,27r

D80rb

[A8] Pro hac autem opinione uidetur esse dictum ARISTOTELIS II *Phisicorum*, cap. De causis, ubi dicit quod effectus particularis reducit in causam particularem et uniuersalis in uniuersalem; set esse est uniuersalissimus effectus; ergo reduci debet in causam uniuersalissimam, que est Deus. Viuere autem, cum sit effectus particularis, debet reduci in causam secundam et particularem, ut rationes effectuum correpondeant rationibus causarum.

[A9] Hec autem opinio defficit in se et in sua ratione. Quod enim dicit, quod *Deus uniformiter agit in omnibus* nec est diuersitas in rebus nisi ex causis secundis, falsum est, quia secundum *O<sub>1,27v</sub>* hoc impossibile esset quod plura et distincta fierent | a Deo sine causis secundis, et ita Deus non posset diuersa creare, quod est falsum et contradicit primo dicto eorum, scilicet quod *effectus qui sunt a solo Deo* sunt ab eo toti *et totaliter*, hoc est secundum omnem modum, inquantum habent esse et inquantum habent distinctum esse.

[A10] Preterea agere semper uniformiter et nullo modo difformiter est condicio agentis naturalis et non uoluntarii. Dicere ergo quod Deus quantum est ex parte eius semper agat uniformiter et nullo modo difformiter est idem ac si diceretur | quod *V166ra* Deus agit ex necessitate nature et non ex libera uoluntate, quod est falsum.

Ratio etiam per quam probant suum propositum non ualet. Quod enim assumunt quod effectus particularis reducit in causam particularem et uniuersalis in uniuersalem intelligen-

deest 38

110

115

120

125

130

dum est de particulari et uniuersali per predicationem, consimiliter in causa et effectu, ut patet per exempla que ponit ibidem PHILOSOPHVS, *ut statue quidem statuum faciens, hic autem*  
 135 *huius*, ita quod, sicut non est aliud re statua et hec statua, set ratione tantum, sic non reducuntur in causas diuersas re, set tantum ratione, que sunt statuifica et hec statuifica. Et similiter in proposito, cum esse et uiuere in eodem differant solum ratione, | reduci debent solum in causas differentes ratione, ita  
 140 quod solum est una causa re que dat esse et uiuere immediate, set sub diuersis rationibus, esse quidem inquantum ipsa est ens actu et aliud solum in potentia, uiuere uero inquantum est uiuens actu et aliud uiuens in potentia. Semper enim quod est tale in potentia fit ab eo quod est actu tale, et ita non oportet quod  
 145 esse et uiuere in eodem secundum rationes eorum differentes reducantur immediate in causas realiter diuersas, puta uiuere in causam secundam, esse autem in causam primam, que est Deus.

[A11] Ideo dicendum est aliter quod ea que fiunt a Deo mediantibus causis secundis non fiunt ab eo immediate, sicut  
 150 ipsemet rationes terminorum uidentur sonare. Quod apparet primo sic: Si Deus ageret immediate ad productionem effectus cause secunde (ut cum *ignis generat ignem*), aut ageret eadem actione qua creatura aut alia. Non eadem propter duo. Primo, quia illam potest habere creatura sine speciali influxu Dei sup-  
 155 posita conseruatione sue nature et sue uirtutis actiue, quia actio que non excedit uirtutem speciei agentis sufficienter elicitur a sola uirtute speciei, frustra ergo poneretur aliud immediatum eliciens talem operationem.

deest B

O,28r

*O<sub>i</sub>28<sup>v</sup>* [A12] Secundo, | quia impossibile est eandem actionem numero esse a duobus uel pluribus agentibus, ita quod a quolibet sit immediate et perfecte, nisi in illis sit eadem uirtus numero; set in Deo et creatura non potest esse eadem uirtus numero; ergo impossibile est quod eadem actio numero sit ab utroque immediate et perfecte. Actio autem creature immediate est a creatura et perfecte, cum non excedat uirtutem sue speciei; ergo eadem actio non est immediate a Deo.

Minor de se patet, set maior probatur. Contingit enim quod eadem actio numero sit a duobus et a quolibet perfecte, set ab uno immediate, ab alio uero mediate, quia eandem actionem, quam facit causa propinqua immediate, facit causa uniuersalis et remota perfecte, inquantum dat uirtutem cause proxime et datam conseruat, et hoc est mediate solum. Alio modo contingit eandem actionem numero esse duorum immediate, set a neutro perfecte, ut cum duo trahunt nauem uel due candele causant unum lumen, quia a neutro perfecte est tractus nauis et a neutra candela per se perfecte est illuminatio aeris. In talibus enim duo agentia imperfecta supplent uicem unius agentis perfecti. Si autem actio sit immediate et perfecte a quolibet, non apparet

*O<sub>i</sub>29<sup>r</sup>* | modus possibilis, nisi in utroque eorum sit idem principium uel eadem uirtus numero. Propter hoc enim dicimus quod in diuinis Pater et Filius una numero spiratione spirant Spiritum

*D80<sup>ua</sup>* Sanctum et quilibet perfecte, quia in eis est | uis spiratiua una numero.

Vera est ergo maior propositio, scilicet quod eadem actio numero non potest esse a duobus uel pluribus, ita quod a quolibet sit perfecte et immediate, nisi in eis sit eadem uirtus secundum numerum. Minor autem de se manifesta est. Sequitur ergo conclusio, scilicet quod Deus ad effectum cause secunde non agit immediate eadem actione cum creatura.

*deest* 38

160

165

170

175

180

185

190 [A13] Item nec alia, quia aut una illarum actionum prius attingeret productum quam alia aut non, set utraque simul. Non una prius quam alia, puta actio Dei prius quam actio creature, quia si Deus sua actione prius rem totam produceret, tunc creatura per suam actionem sequentem nichil faceret. Et econuerso, 195 si actio creature prederet actionem Dei, nec potest dici quod Deus producat partem et creatura partem, quia hic querimus utrum illud idem quod producit creatura immediate producat etiam Deus immediate. Prius enim fuit concessum quod in qualibet creatura materiali est aliquid quod | est a Deo immediate, 200 scilicet materia.

[A14] Item nec utraque actio simul attingit productum, <quia si hoc esset, altera superflueret, cum una sufficiat ad totum> producendum. Et preterea actiones uidentur esse idem realiter cum suis terminis, unde et ab eis sumunt denominationem. Impossibile est ergo ad acquirendum eandem formam numero esse diuersas actiones. Patet igitur quod ea que producuntur per actionem creature non producuntur a Deo immediate. Posset tamen Deus ea immediate producere si uellet, set tunc creatura nichil ibi ageret.

210 [A15] Tertio patet idem sic: Ordo agentium correspondet ordini finium; set unius rei non possunt esse duo fines immediati; ergo nec duo agentia, nisi forte suppleant uicem unius agentis modo quo dictum est de trahentibus nauem, quia consimiliter possent esse duo immediati fines.

215 [A16] Ad primum argumentum dicendum per interemptionem minoris. Non enim unitas sui additione cum aliis causat numeros, immo ipsa sola sui replicatione causat omnem nume-

*deest* B*O, 29v*

rum materialiter. *Sex enim* non sunt quinque et unum, set *semel* *sex* uel sex unitates: numerus enim non habet aliam materiam nisi | unitatem. Est enim *numerus multitudo ex unitatibus* collecta. Et eodem modo Deus | omnia immediate produceret, si uirtutem producendi aliis non communicasset.

V166rb  
O,30r

deest 33

220

[A17] Ad secundum dicendum quod non est simile de esse et agere, quia esse cause secunde, puta intelligentie uel corporis celestis, est immediatus effectus cause prime, que | est eius causa immediata non solum in fieri, set conseruando in esse. Et ideo causa secunda non esset, nisi causa prima ei immediate coexisteret. Set agere cause secunde non est immediatus effectus cause prime, et ideo non oportet quod Deus ad talem actionem immediate coagat.

225

230

Supponit etiam ratio unum dubium, scilicet quod oporteat Deum immediate coexistere omni creature quantum ad omnia que sunt in ea, quod forte non est uerum, set solum quoad illa que sunt immediate ab ipso. Hoc tamen non assero, cum primum sufficit ad soluendum rationem.

235

#### <QUESTIO QUINTA

#### VTRVM DEO COMPETAT AGERE PROPTER FINEM>

O<sub>2</sub>11r [A1-B1] \*Quinto\* queritur utrum Deo competat agere propter finem.  
\*Et\* uidetur quod non, quia omne agens propter finem uidetur mouens

5 motum; finis enim mouet agentem et omnino appetibile mouet appetentem, ut dicitur XII *Metaphisice* et III *De anima*; set Deus agit immobilis existens; | ergo etc.

*Z57rb*

[A2-B2] Item si Deus ageret propter finem, aut propter finem qui est ipse, aut propter finem alium a se. Non propter finem qui est ipse, 10 quia habito fine cessat actio propter finem; Deus autem semper se ipsum habet, ut sic loquamur; | numquam ergo propter se agit; nec propter finem alium a se, quia finis melior est hiis que sunt ad finem; Deo autem nichil potest esse melius; ergo etc.

*F90vb*

*M197va*

[A3-B3] In contrarium est quod dicitur II *Metaphisice* quod 15 omnis intellectus operatur alicuius causa; set Deus agit per intellectum, ut apparet ex I libro dist. 35; ergo operatur alicuius causa; set hec est ratio finis, scilicet cuius gratia fit aliquid; ergo etc.

[A4] Responsio. Dicunt quidam quod Deus agit propter finem qui est sua bonitas. Quod 20 declarant sic: Duplex est finis: finis operis et finis operantis. Et differunt, quia finis operis est quandoque in alio quam in operante, sicut finis edificationis est domus, et uniuersaliter finis operationis est res operata,

[B4] Responsio. Questio ista potest intelligi dupliciter. Vno modo utrum Deus agat propter finem qui sit finis ipsius Dei agentis. Alio modo utrum agat propter finem qui sit finis actionis diuine et rei producte per eam.

Primo modo intelligendo questionem dicendum quod Deus



ubicumque operatio transit in materiam exteriorem. Finis autem operantis est illud quod principaliter intendit operans et est semper in operante, sicut finis domificatoris non est domus, | set utilitas quam domificator intendit ex ea. Et horum duorum finium primus reducitur ad secundum. Finis enim operis, qui est operatio, ut domus, ordinatur ad finem operantis, qui est habitare in domo uel aliquid tale.

[A5] Ex hoc sic arguitur: Vbicumque est finis operis, ibi est dare finem operantis; set in omni actione diuina transeunte in materiam exteriorem est aliquis finis, scilicet res operata | uel producta; oportet ergo quod sit ibi aliquis alius finis operantis qui sit in ipso operante. Hoc autem in Deo non est nisi sua bonitas, propter quam agit quidquid agit, non ut ipsa acquiratur, set ut communicetur, quia Deus non agit ex desiderio finis non habiti, set ex amore finis habiti quem uult communicari et plurificari quantum est possibile.

[A6] Hic autem uidetur esse duplex deffectus. Primus de distinctione que ponitur, scilicet quod alius est finis operis et alius operantis. Hoc enim non uidetur, quia finis operantis uel est finis ipsius, ut res quedam est, puta Sortes uel Plato, et hoc modo impossibile est in quacumque actione dare finem operantis, quia nec res operata nec aliqua utilitas inde proueniens est illud ad quod, sicut ad finem, ordinatur Sortes uel Plato, set magis e-

non agit propter finem. Cuius ratio est, quia finis est melior hiis que sunt ad finem; sed Deo nichil est melius; ergo Deus non potest agere propter finem qui sit finis ipsius agentis.

35

40

deest B

45

50

55

uerso res | operata <uel> utilitas inde proueniens ordinatur ad  
Sortem operantem sicut ad finem, ut postea magis patebit. Alio  
modo dicitur finis operantis qui est ipsius inquantum operans,  
60 et hoc modo non potest esse alius finis operis et operantis, quia  
operans non est operans nisi operatione nec operatio est nisi  
alicuius operantis. Ergo quod est finis operantis, inquantum  
operans, est etiam finis operis uel operationis, ratione cuius di-  
citur operans, et quod est finis operis est etiam finis operantis, et  
65 numquam alius huius et alius illius, set unus et idem, et si sint  
plures, uterque est finis operis et operantis ordine quodam, quia  
unus est principalis, alius autem non, set est finis sub fine, ut  
patet in exemplo adducto de domo et habitatione.

[A7] Quod autem nunc dictum est intelligendum est de fine  
70 per se. Nam secundum accidens aliquid potest esse finis ope-  
rantis, hoc est intentus ab operante, qui nullo modo est finis  
operis per se, sicut astutus et calumpniosus edificat domum in  
alieno solo ut proscribat, ad quod tamen opus secundum se non  
ordinatur, set solum ex intentione operantis. Et hoc solum pot-  
75 est esse in agentibus a proposito, in quibus agens potest sibi  
uoluntarie finem prestiuere ad quem actio non ordinatur per  
se. In pure | autem naturalibus non uideo quod habeat locum.

[A8] Secundus defectus uidetur esse in principali conclusione  
que ponit quod Deus agit propter bonitatem suam, ut commu-  
80 nicetur, quia idem non est finis sui ipsius; set Deum producere  
creaturam et communicare ei bonitatem suam est realiter unum  
et idem (productio enim effectus, non solum a Deo, uerum etiam  
a quocumque agente, nichil aliud est quam quedam communica-  
tio | forme agentis); ergo unum non est finis alterius.

*deest B**O,31r**O,31v**V166va*

[A9] Dicendum est ergo, tenendo eandem conclusionem per alium modum, quod Deus agit propter finem qui est sua bonitas, non secundum se nec ut  
*O<sub>211v</sub>* communicetur, set propter decentiam eius. Primum patet, quia,

cum Deus agat per uoluntatem, illud quod est ab eo propter aliud uoliturum est ab eo propter aliud productum; set omne aliud a Deo est ab ipso uoliturum \* propter bonitatem suam; ergo quodlibet \*aliud\* a Deo est ab ipso productum propter bonitatem suam. 95

Maiores patet. Minor probatur, quia, sicut se habet \*essentia\* diuina ad intellectum diuinum, sic sua bonitas ad uoluntatem eius; set obiectum per se intellectus diuini est sua \*essentia\*, alia autem non, nisi  
*M197vb* quatinus eam \*recipiunt\* et in ea relucet; ergo | obiectum uoluntatis diuine per se est eius bonitas tamquam propter se uolita, alia autem non, nisi propter eam et in ordine ad eam; \*ideo etc.\* 100

[A10] Secundum patet. Cum Deus agat per uoluntatem, cuius obiectum est bonum, oportet quod creatura uel productio crea-

[B5] Si autem intelligatur secundo modo, sic dicendum est quod Deus agit propter finem qui est sua bonitas, que est finis omnium actionum Dei et rerum per eas productarum. | Quod patet sic: 90

[B6] Set hic est unum dubium. Cum enim finis sit propter se amatus, oportet quod sit illud cui bonum uolumus et non 105

ture a Deo preconciatur sub aliqua ratione boni: non sub ratione boni utilis, quia bonorum nostrorum non indiget (bonum enim utile <est> ad supplementum alicuius defectus, qui non potest esse in Deo); nec delectabilis, quia bonum delectabile, ut distinguitur contra utile et honestum, pertinet ad sensum; ergo sub ratione honesti. Honestum autem est quod condecet facientem maxime quando non est ad faciendum obligatus, sicut actus liberalitatis qui non est debitus, set gratuitus, maxime condecet diuitem habundantem; et secundum hunc modum condecet diuinam bonitatem, que est fecundissima, communicari creaturis in eorum productione, ita quod talis condecencia est causa propter quam res producuntur.

130 Et sic est intelligendum quod dicitur Pro u. 16: *Uniuersa*

bonum quod alii volumus, quia tale non amatur propter se, set propter illum cui tale bonum uolumus. Et similiter cum creatura ametur a Deo non propter se, set propter | bonitatem diuinam, oportet quod creatura sit bonum quod Deus uult sue bonitati. Hoc autem qualiter sit uerum, non clare apparet, quia nichil creatum uidetur cedere in bonum Dei.

[B7] Et dicendum ad hoc quod aliquid est bonum alterius dupliciter. Vno modo formaliter, sicut sanitas est bonum hominis, et sic nichil creatum potest esse bonum Dei. Alio modo est aliquid bonum alterius non formaliter, set quatinus est signum bonitatis formalis, et sic honor dicitur esse | bonum honorati, quatinus est signum reuerentie que debetur ratione bonitatis. Et hoc modo, cum creature re-

*propter semetipsum operatus est Dominus; et illud DYONISII quarto capitulo De diuinis nominibus quod diuina bonitas non dimisit eam sine germine esse, hoc est condecencia diuine bonitatis, nec propter hoc aliqua bonitas Deo acquiritur. Bonum enim honestum, quod est bonum uirtutis, consistit in interiore habitu uel actu, per actum autem exteriorem solum manifestatur. Similiter condecencia bonitatis diuine manifestatur in rerum productione de nouo, | que tamen quoad actum interiorem sciendi et uolendi fuit in eo ab eterno. Nec intendo propter hoc ponere in deo liberalitatem secundum rationem propriam, que est uirtus moralis.*

*D81ra*

*Mu122va*

presentent diuinam bonitatem, creature sunt bonum a Deo uoluntatum et sunt bonum ipsius Dei modo quo dictum est. 135

140

145

150

Sic igitur \*patet quod\* Deus agit \* propter finem qui est \*condecencia sue bonitatis\*. \*Quod\* dictum est de Deo, \*scilicet\* quod agit propter se, \* puto uerum esse de homine respectu eorum que producit per artem, quia omnis res artificialis habet rationem boni utilis, sicut scannum est utile ad sedendum, liber ad studendum, arma ad protegendum | et sic de aliis. Ars enim est ad subueniendum deffectibus na-

155

ture, et ideo omnia artificialia fiunt propter | aliquam utilitatem quam *M198ra*  
 160 | ex eis consequimur. Bonum autem utile non potest habere rationem *F91ra*  
 ultimi finis, set semper ordinatur ad ulterius bonum, quod per ip-  
 sum nobis acquiritur. Et ideo omnia artificialia finaliter ordinantur ad  
 hominem, iuxta illud quod dicit PHILOSOPHVS II P H I S I C O R U M lo-  
 quens | de artificialibus, quod *nos sumus quodammodo finis* omnium, *A54rb*  
 165 aliter tamen quam Deus, quia homo factor est artificialium ad sup-  
 plendum suam indigentiam, Deus uero factor est omnium propter  
 suam condecenciam.

[A11-B8] Ad primum argumentum dicendum quod finis mouet  
 agentem, illum dumtaxat qui de non uolente fit uolens, quod non est di-  
 170 cere de Deo, qui, etsi de nouo aliquid producat, non tamen \*noua | uolun- *O<sub>2</sub>12v*  
 tate\*, set eterna, et ideo mouet totaliter immobilis existens, et propter  
 aliud, quia finis a Deo \*propter se\* uolitus non est aliud ab ipso\*.

[A12-B9] Ad secundum dicendum quod Deus agit propter finem  
 qui est ipse, \*hoc est propter condecenciam sue bonitatis, ut dictum  
 175 est\*. Et quod dicitur habito fine cessat actio propter finem, intelli-  
 gendum est \*hoc\* de proximo fine \*actionis\*, qui est res operata, qua  
 producta cessat actio producens, set non conseruans \*. Potest etiam  
 uerum esse de fine ultimo qui mediante re operata acquiritur, sicut  
 est habitatio domus, quia tales actiones \* sunt propter supplementum

*Z57va* alicuius indigentie quo adepto frustra manerent | actiones, set non est 180  
 uerum ubi actio est \*perfecti agentis\* quod \*solum agit\*, quia con-  
 decet suam \*perfectionem\*, sicut liberalis facit opus liberalitatis, quia  
 condecet eum, dato quod nichil aliud deberet sibi propter hoc euenire.

*M198rb* [A13] Item, Deus agit prop-  
 ter finem proximum alium a se,  
 sicut est res operata que est ter-  
 minus operationis. Et quod dicitur  
 quod finis est melior hiis que  
 sunt ad finem, concedatur. Set  
 tunc dico quod agens secundum  
 illud quod est numquam ordina-  
 tur ad finem sue actionis, immo  
 uniuersaliter agens est prestan-  
 tior fine et prehabet in se finem  
 uirtute nisi sit id ipsum quod fi-  
 nis. Verum est tamen quod <fi-  
 nis> prestantior est actione agen-  
 tis que ad ipsum terminatur et  
 ordinatur.

[B10] Et sic agit Deus ea que  
 agit in creaturis. 185

Agit etiam Deus propter fi-  
 nem alium a se. Set ille finis non  
 est simpliciter ultimus uel prin-  
 cipalis, set est finis sub fine, sicut  
 producit herbas propter bruta et 190  
 utraque propter hominem. Et  
 cum dicitur quod finis est melior  
 hiis que sunt ad finem, uerum  
 est. Set Deus agens non ordina-  
 tur ad aliquem finem, quamuis 195  
 res per ipsum acta ordinetur ad  
 aliam rem creatam meliorem,  
 propter quod sequitur quod crea-  
 turarum una sit melior altera, set  
 non quod aliquid sit melius Deo. 200

<DISTINCTIO SECVNDA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM IN EVO SIT SVCCESSTIO>

[A1] *De angelica itaque natura.*  
5 Circa distinctionem istam queritur de duobus, scilicet de euo et de celo empyreo. De euo queruntur duo: primo utrum in euo sit successio; secundo utrum sit  
10 unum euum mensura omnium euiternorum.

Ad primum sic proceditur: Videtur quod in euo sit successio.

*Illud quod potest defficere ab esse non habet simul totum suum esse;*  
15 *quod enim ab esse defficit non habet totum | esse quod habere potuit: F91vb*  
*potuit enim plus esse; set angelus, cuius mensura est euum, potest defficere*  
*ab esse per subtractionem | influentie diuine; ergo non habet simul to-*  
*tum suum esse; set euum, ut dictum est, est mensura esse angeli; ergo etc. V166vb*

[A2-B2] Item si in euo non \*est\* successio, idem est angelo fuisse et  
20 fore; set Deus non potest facere angelum non fuisse; | ergo nec \*possit\* Z58ra  
facere ipsum non fore; hoc autem est falsum; ergo etc.

[B1] Tertio queritur de euo et *Mu123ra*  
primo utrum in euo | sit succes- *M199vb*  
sio. Et uidetur quod sic.



[A3-B3] Item in eodem instanti non possunt contradictoria de eodem uerificari; set si totum esse angeli esset simul, mensuraretur uno instanti; ergo de angelo non possent contradictoria | uerificari; hoc autem est falsum: dicimus enim angelum nunc beatum fuisse quandoque non beatum; ergo etc. 25

[A4-B4] In contrarium est, quia simplicius est esse euiternorum quam rerum generabilium et corruptibilium, puta hominis uel equi; set esse talium non est successiuum; ergo nec esse euiternorum, et per consequens nec euum, \*quia\* est eius mensura. Assumpta probatur, quia omnis successio est \*aliquid fieri uel secundum formam uel secundum locum; si igitur esse rerum generabilium consisteret in successione, consisteret etiam in fieri, et sic quidquid esset causa in fieri, esset etiam causa conseruatiua in esse, quod falsum est; ergo etc. 30

[A5-B5] Responsio. \*Duo uidenda sunt\*. Primum quid importetur nomine eui; secundum quid sit de ueritate questionis. 35

[A6-B6] Quantum ad primum sciendum est quod euum est *mensura esse creati uniformiter et stabiliter se habentis*.

*D81rb* Euum \*enim\* dicitur *mensura*. | Ad hoc enim significandum imponitur sicut tempus et eternitas. Set dicitur *mensura esse* et non essentie, 40  
*M200ra*

quia duratio omnis attenditur secundum actualem existentiam et non secundum essentiam absolute; propter quod omnis mensura ad durationem pertinens, | qualis est euum, tempus et eternitas, magis respicit *A54vb* esse rei quam essentiam.

45 *Creati* dicitur ad differentiam eternitatis, que mensurat esse diuinum increatum, ex quo habet quod nullo modo possit defficere.

*Vniformiter se habentis* dicitur ad differentiam temporis, quod est *mensura | motus*, per \*quem\* res semper se habet aliter et aliter et numquam uniformiter. *O232v*

50 *Stabiliter* dicitur, quia esse rei generabilis, quamquam in se uniformiter se habeat, quamdiu | res est, tamen per adiunctas transmutationes in accidentalibus continue tendit ad non esse, et ideo tale esse non est stabile sicut esse euiternorum, quod non tendit ad non esse per aliquid sibi adiunctum uel sibi intrinsecum, quamquam possit defficere per subtractionem diuine influentie. *N70vb*

Ex hiis apparet differentia inter eternitatem, tempus et euum secundum differentiam mensurabilium.

[A7-B7] Quantum ad secundum dicenda sunt duo: primum est quod in euo non est successio; secundum est quod esse unius euiterni potest alii succedere.

60 Primum patet dupliciter. Primo ex incorruptibilitate euiterni cuius esse proportionatur euo, quia in omni successione aliquid \*uere\* amittitur et aliquid uere acquiritur, quia, cum prius et posterius, sine quibus

non est successio, \*nec\* sint nec esse possint simul propter manifestam  
 contradictionem que in ipsis terminis implicatur, acquisitio posterioris 65  
 est amissio prioris – et hoc est uerum in omni successione siue secun-  
 dum locum, in qua unus locus acquiritur alio amisso, siue secundum  
 formam, in qua una acquisita alia amittitur; set in esse angeli et cuius-  
 O<sub>233r</sub> cumque euiterni, quamdiu est, nulla est noua acquisitio uel amissio, |  
 M<sub>200rb</sub> cum ponatur simpliciter incorruptibile | dicente AVGVSTINO De ci- 70  
 uitate Dei quod *immortalitas angelorum non transit in tempore nec*  
 F<sub>92ra</sub> *est preterita, quasi iam non sit, | nec futura, quasi nondum sit*; ergo in esse  
 angeli nulla potest esse successio.

[A8-B8] Idem apparet secundo sic: Esse angeli uel est idem quod  
 essentia uel proportionatur essentie; set in essentia angeli nulla est suc- 75  
 cessio, set est tota simul in indiuisibili consistens; ergo et esse. Minor  
 probatur. Si enim ratio specierum substantie consistit in indiuisibili si-  
 cut species numerorum, \* oportet hoc uerificari in separatis a materia,  
 ut \*innuit PHILOSOPHVS\* VIII Metaphisice; quare etc.

[A9-B9] Secundum patet sic: Sicut permanentibus opponitur 80  
 successio, sic successiuus simultas; set duo motus quorum quilibet

\*secundum se\* est successiuus, non obstante successione cuiuslibet eorum secundum se, possunt simul esse unus cum alio, sicut idem homo simul currit et febricitat; ergo duo euiterna quorum quodlibet est per se  
 85 permanens, non obstante permanentia et simultate quam habet unumquodque eorum secundum se, possunt sibi succedere, quemadmodum unus angelus potest creari alio non creato et hoc annihilato alius creari; set hec successio non est per se, set solum per accidens. Que enim per se sibi inuicem succedunt, eorum nature sunt ut uni repugnet simul esse cum | \*altero\*, ut patet in partibus motus et temporis;  
 90 euiternis autem non repugnat esse simul; ideo inter ea non est successio per se, set per accidens ex beneplacito producentis. *O<sub>233v</sub>*

Patet igitur quod in euo non est successio, cum sit idem iudicium de euo et de esse euiterni. Et quamuis in euo secundum se non sit successio, potest tamen toti successioni temporis coexistere. \*Neque\* enim est euum sicut nunc temporis, quod non potest bis sumi eo quod fluens est, set est | quasi nunc stans, quod multotiens potest \*assignari\* et ob  
 hoc pluribus coexistere, quemadmodum si quis figat palum in fluuio, durat palus et fluuius, set in duratione | fluuii est successio aque post  
 100 aquam, in duratione uero | pali non. Sic durat angelus, durat motus, *Mu123rb*  
*M200va*  
*Z58rb*

durat eum, durat tempus, set in duratione motus et temporis est successio, non autem in duratione angeli et eui, et tamen sibi inuicem coexistunt, ratione cuius coexistentie dicitur angelus fuisse, quia coexistit  
*V167ra* preterito, et fore, quia coexistet futuro, | quamuis nichil de esse angeli  
 amittatur in preterito nec acquiratur in futuro. 105

[A10-B10] Ad primum argumentum, cum dicitur ‘illud quod potest defficere ab esse non habet simul totum suum | esse’, dicendum  
*N71ra* quod falsum est. Ex hoc enim potest aliquid defficere ab esse, quia non  
*O<sub>2</sub>34r* habet esse ex se, set ab alio, cuius influenza | subtracta desineret esse.  
 Et cum probatur, quia quod desinit esse non habet totum esse quod 110  
 habere potuit, potuit enim plus esse, dicendum quod, etsi potuit plus  
*D81va* esse, non tamen plus essendo | habuisset aliud esse, nec in parte nec in  
 toto, set illud idem quod prius.

*deest* ¶ Item in arguendo uidetur esse figura dictionis ex mutatione  
 predicamentorum, scilicet quod in plus. 115

[A11-B11] Ad secundum dicendum quod in angelo secundum se non est fuisse \*nec\* fore, set solum secundum coexistentiam ad tempus. Et quia non potest fieri quin angelus coextiterit tempori preterito, potest tamen Deus facere quod non coexistet alicui futuro uel

120 annihilando angelum uel faciendo quod nichil erit futurum, ideo  
Deus potest facere angelum non fore, licet non possit facere quod non  
fuerit, non propter successionem quam habeat in esse, set propter co-  
existentiam \*eius\* ad successionem temporis.

[A12-B12] Ad tertium dicendum quod pro eodem instanti fluente  
125 non possunt \*contradictoria uerificari\* de eodem nec eidem contradic-  
toria coexistere, quia non contingit ipsum bis sumere, set eidem nunc  
stanti uel permanenti possunt contradictoria coexistere, quia contingit  
ipsum pluries sumere; tale | autem est euum et nunc eui, eternitas et *M200vb*  
nunc eternitatis. | Et ideo de Deo uerificamus contradictoria, sicut *F92rb*  
130 quod creat et \*quod\* non creat, | et utrumque coexistit nunc eterni- *Oz34v*  
tatis, neutrum tamen per se mensuratur eternitate. Similiter de angelo  
uerificatur esse beatum et esse non beatum, et utrumque coexistit ei-  
dem nunc eui quod mensurat esse angeli, neutrum tamen istorum uel  
ad minus alterum eorum, scilicet non esse beatum, non mensuratur  
135 euo: est enim pura negatio, cui proprie nulla mensura respondet.

## &lt;QVESTIO SECVNDA

## &lt;VTRVM SIT VNVM EVVM OMNIVM EVITERNORVM&gt;

*A55ra* [A1] Ad secundum sic proceditur. [B1] Deinde queritur utrum sit unum euum omnium euiternorum. 5

Et uidetur quod non sit unum euum quod sit \* omnium euiternorum, quia mensurabile realiter dependet a mensura, ut habetur *V Metaphisice*; set unus angelus non dependet ab alio quantum ad suum esse, set dependent omnes a Deo immediate; ergo esse unius non mensuratur per aliquid quod sit in alio; hoc tamen esset, si daretur 10 quod unum euum esset mensura omnium euiternorum, quia euum unius angeli mensuraret esse omnium aliorum; quare etc.

[A2-B2] Item sicut se habet tempus ad temporalia, sic euum ad euiterna; set tempus, quod est mensura omnium temporalium, non est in aliquo temporalis sicut in subiecto, set in celo, quod est euiternum et super omne tempus; ergo illud quod est mensura omnium 15 euiternorum non est subiectiue in aliquo euiterno, set | in eo quod est supra omne euiternum, et hoc est Deus.

[A3-B3] Item si esset unum euum mensura omnium euiternorum, illud esset euum supremi euiterni, quia primum est mensura omnium 20 aliorum, quemadmodum *primus motus est mensura omnium motuum*;

- illud ergo aut erit in primo secundum esse nature (et tunc cum Lucifer fuerit primus et summus secundum opinionem GREGORII, per ipsum mensurarentur alii, quod uidetur aliquibus inconueniens), aut esset | in *M201ra*
- 25 supremo euiterno quantum ad esse gratie et glorie (et tunc per animam Christi, que est suprema in esse glorie, alia mensurarentur, quod non uidetur uerum, quia, antequam esset anima Christi, euiterna habebant suam mensuram que non est mutata); ergo nullum euiternorum est mensura omnium aliorum.
- 30 [A4-B4] In contrarium est, quia, sicut unum tempus est mensura omnium temporalium, ita unum euum debet esse, ut uidetur, mensura omnium euiternorum.
- [A5-B5] Responsio. Videndum est primo quid sit de ratione mensure, \*ac\* deinde uidebitur quid sit de ueritate questionis.
- 35 Circa primum sciendum est quod de ratione mensure est quod per eam | habeatur certitudo de re mensurata uel quantum ad illud quod *N71rb* est, si sit mensura quidditatis et nature, uel quantum ad permanentiam sui esse, si sit mensura durationis. Vtrumque autem \*istorum\* contingit dupliciter, quia certificari possumus de re aliqua quantum | ad id *O235v*



*Mu123va* quod est uel quantum ad durationem sui esse. Vno modo per se | et 40  
 directe, et sic solum certificamur de re per causam eius, sicut de eclipsi  
*Z58va* | lune quod sit et quamdiu sit, certificamur per interpositionem terre  
 inter solem et lunam et per quantitatem interpositionis. Et ratio huius  
 est, quia per illud per se et simpliciter et directe certificamur de re per  
 quod rem cognoscimus per se, simpliciter et directe; set illud est tan- 45  
 tummodo causa rei, quia ipsa sola est per se et simpliciter principium  
 cognoscendi sicut et essendi; ergo etc.

Alio modo certificamur de aliqua re indirecte et comparatiue, et sic  
 certificamur de omnibus que sunt in aliquo genere per illud quod est  
 in genere illo perfectius quasi habens in se omnem illius generis actua- 50  
 litatem, ut albedo in genere colorum. Nam per albedinem mensurantur

*M201rb* colores indirecte | et comparatiue: | tanto enim perfectius participant  
*F92va* naturam coloris, quanto propinquius accedunt ad naturam albedinis.

[A6-B6] Ratio huius mensurationis est, quia per notius natum est  
*D81vb* certificari minus notum, quando magis | \*notum\* et minus notum ha- 55  
 bent inter se habitudinem, qualia sunt ea que sunt eiusdem generis; set  
 quod est actualius in aliquo genere illud de se est notius; ergo per illud  
 quod est actualius et perfectius in aliquo genere nata sunt mensurari  
*O,36r* omnia que sunt | eiusdem generis. Et hec mensura pro tanto dicitur

60 indirecta et comparatiua respectu prime measure, quia non est adeo  
directa et per se habitudo quantum ad esse et cognitionem eorum que  
sunt in eodem genere ad inuicem, sicut est effectus ad suam causam.

Patet igitur quid sit de ratione measure, | quod fuit primum pro- *V167rb*  
positum. Ex quo patet quod non est de ratione measure uniuersaliter  
65 quod sit causa mensurati. Vnde si \*primus motus\* non esset causa alio-  
rum motuum, nichilominus esset mensura. Nam si lapis moueretur  
sursum ab angelo, uere talis motus mensuraretur per motum primum,  
et tamen non causaretur ab ipso.

[A7-B7] Hoc supposito dicendum ad questionem quod aut queri-  
70 tur de mensura omnium euiternorum que sit mensura quidditatis et  
perfectionis nature aut que sit mensura durationis et permanentie.

Si primo modo, sic dicendum quod sola essentia diuina accepta sub  
ratione ydee imitabilis a creatura est per se et directe mensura quidditatis  
et perfectionis nature euiternorum, essentia autem supremi euiterni est  
75 mensura eorum indirecte et comparatiue. Quod patet faciliter ex pre-  
cedentibus, quia sola causa habet rationem measure per se, simpliciter  
et directe, primum autem in genere habet rationem measure indirecte  
et comparatiue; set sola essentia | diuina habet rationem cause super *M201va*  
euiterna | (est etiam inter ea dare supremum, quod tamen non est alio- *O<sub>2</sub>36v*  
80 rum causa); ergo sola essentia diuina est per se, simpliciter et directe

mensura quidditatis et perfectionis euiternorum, ita quod unumquod-  
 que tantum habet de ueritate et perfectione nature quantum \*contingit\*  
 ipsum imitari essentiam diuinam. Natura autem primi euiterni  
 est eorum mensura comparatiue. Dicimus enim quod unumquod-  
 que eorum tanto est perfectioris nature, quanto magis accedit ad natu- 85  
 ram primi euiterni. Et hec mensura solum est comparatiua, quia non  
 propter hoc est aliquid perfectius, quia plus appropinquat perfectissi-  
 mo in illo genere, set econuerso, quia perfectius est, propter hoc \*plus\*  
 appropinquat. Ex hoc autem nondum habemus mensuram que est  
*N71va* euum, quia euum nominat | mensuram durationis et non perfectionis 90  
 nature inquantum huiusmodi.

*A55rb* [A8] Si autem queratur men-  
 sura durationis et permanentie  
 eorum, sic posset uideri idem  
 quod prius, quia, sicut se habet  
 essentia ad essentiam, sic esse ad  
 esse et similtas esse ad similtatem  
 esse; set essentia primi an-  
 geli sicut perfectissima in illo  
 genere est mensura essentiarum  
 aliorum euiternorum saltem  
 comparatiue, ut dictum est;  
 ergo et esse eius et similtas eius

[B8] Si autem queratur men-  
 sura durationis | et permanen-  
 tie eorum que uocatur euum,  
 sic questio est magis dubia, an 95  
 sit unum euum, idest dura-  
 tio alicuius unius euiterni qua  
 mensurentur durationes alio-  
 rum. Et sunt duo modi dicendi,  
 quorum quilibet est probabilis, 100  
 neuter tamen necessarius quin  
 rationes adducte pro utroque  
 modo sint solubiles.

105 sunt mensura esse et simultatis  
 aliorum; set euum non est aliud  
 quam simlitas esse angeli, sicut  
 tempus est prius et posterius in  
 successione motus; ergo euum  
 superioris angeli est mensura  
 110 omnium euiternorum.

[A9] Et item si sint plura eua,  
 primum euum sicut perfectissi-  
 mum erit mensura omnium euo-  
 rum inferiorum; set quodlibet  
 115 euum inferius est mensura esse  
 proprii angeli; ergo a primo ad  
 ultimum euum supremi angeli  
 mensurat esse cuiuslibet inferio-  
 ris.

120 [A10] Quidquid sit de con-  
 clusione, rationes iste non ualent.  
 Quod enim dicitur primo, quod  
 sicut se habet essentia ad essen-  
 tiam, ita esse ad esse et simlitas  
 125 ad simlitem, uerum est quoad  
 quantitatem perfectionis, set  
 non quoad quantitatem duratio-

Primus modus est quod dura-  
 tio primi et perfectissimi euiterni  
 est mensura durationis omnium  
 aliorum euiternorum. Cuius ra-  
 tio est, quia, sicut se habet essen-  
 tia ad essentiam, sic esse ad esse  
 et duratio ad durationem; set  
 essentia primi angeli sicut per-  
 fectissima in illo genere est men-  
 sura essentiarum aliorum euitern-  
 norum, saltem comparatiue, ut  
 dictum est; ergo et esse eius et  
 duratio sunt mensura esse et du-  
 rationis aliorum; set euum non  
 est aliud | quam duratio in esse  
 euiternorum, sicut tempus est  
 prius et posterius in successione  
 | motus; ergo euum superio-  
 ris angeli est mensura omnium  
 euiternorum. Hec autem ratio,  
 licet sit probabilis, non tamen est  
 necessaria, quia maior propositio  
 potest probabiliter negari. Non  
 est enim necesse quod illud quod

*M201vb*

*F92vb*

nis, sicut patet in homine et elephante. Excedit enim homo elephantem perfectione essentie et esse, set non duratione, unde et per hominem habent mensurari omnes species animalis, sicut per albedinem omnes species coloris, quoad quantitatem perfectionis naturalis, set quoad durationem non mesurantur species animalis per durationem <hominis> nec species coloris per durationem albedinis. Et idem dicendum est de euiternis. Nos aut querimus mensuram durationis quam importat euum. Ideo non ualet.

*Z58vb* 130  
*Mu123vb* 135  
*O<sub>2</sub>37v* 145  
 [A11] Per id potest responderi ad secundum, quia euum superioris angeli est mensura eorum inferiorum quoad perfectionem, non quoad durationem. Et ideo euum proprie non mensurat euum, cum euum importet durationem, set esse mensurat esse quoad perfectionem.

est perfectius in gradu nature, et per hoc est mensura aliorum que sunt | in imperfectiori gradu, quod tale sit perfectius in duratione uel quod eius duratio sit perfectior. Forte enim homo est perfectior in gradu nature quam sit celum, et tamen duratio celi est perfectior duratione | hominis uel, ut loquamur sine calumpnia, homo est secundum gradum nature perfectior lapide, et tamen non est perfectior duratione, quia illud uidetur esse perfectius in duratione quod minus participat de opposito durationis et quod facilius resistit hiis que sunt contraria | durationi; set illud quod secundum naturam suam plus durat est huiusmodi; ergo tale est perfectius in duratione. Constat autem quod lapis plus durat quam homo et plus resistit corrumpentibus, que tollunt durationem; quare etc.

140  
150

[A12] Item negando unum  
 155 esse mensuram omnium euiternorum non oportet propter hoc ponere plura eua quorum quodlibet sit mensura proprii euiterni. | Istud enim est magis inconueniens quam primum, quia, sicut  
 160 in hiis que sunt quanta mole, propria [quantitate] quantitas non est mensurans id cuius est ut subiecti (nisi forte sicut mensuratur totum replicatione partis,  
 165 quod non potest dici in euiternis), set per eam subiectum redditur mensurabile, sic in mensura durationis propria duratio  
 170 alicuius seu motus seu euiterni non est eius mensura, set reddit ipsum mensurabile mensura extrinseca. Et ideo, cum euum sit duratio euiterni cuius est ut  
 175 subiecti, nullo modo potest esse eius mensura, cuius oppositum supposebat ratio.

180

[B9] Si autem dicatur quod perfectio durationis non consistat in hoc solum, set magis in hoc quod esse perfectius et uniformius durat, non ualet, quia, sicut in hiis que non sunt magna  
 180 mole, set perfectione, illud est perfectius quod est intensius, ita in hiis que sunt magna extensione uel per modum extensionis, illud est perfectius quod est extensius ceteris paribus; set duratio rei uel est extensio, sicut in successiuis large loquendo de extensione, uel est per modum extensionis, sicut in rebus permanentibus quatinus esse earum  
 185 potest pluries sumi et coexistere successioni aliorum; ergo perfectio durationis consistit in maiori extensione secundum rem | uel  
 190 secundum rationem, ita quod illud sit perfectius in duratione quod de natura sua potest diutius durare. Nec ad hoc facit aliquid maior uel minor perfectio in gradu nature. | Vniformitas autem  
 195 illius quod durat bene facit ad

hoc, quia difformitas repugnat  
 durationi, quia non potest esse  
 difformitas alicuius ad illud quod  
 erat prius sine amissione prioris 185  
 et acquisitione posterioris, et sic  
 non est duratio omnino eius-  
 dem; quare nec eadem duratio.  
 Esse autem rei perfectioris, puta  
 hominis, non durat uniformius 190  
 quam esse lapidis, quia quam-  
 diu durat homo et lapis, tam-  
 diu durat esse utriusque in nullo  
 uariatum in se. Si autem sit ibi  
 uariatio in qualitatibus adiunctis, 195  
 multo maior est in homine quam  
 in lapide et secundum hoc magis  
 recedit a perfectione durationis.

[A13] Supposito ergo quod  
 beneplacitum diuinum et eius  
 uoluntaria preordinatio sit men-  
 sura per se durationis euiterno-  
 rum tamquam causa, estne du-  
 ratio unius mensura durationis  
 alterius saltem indirecte et com-  
 paratiue?

*N71vb*

Absque preiudicio potest  
 probabiliter dici quod non, quia  
 patet primo ex condicionibus

[B10] Secundus modus est  
 quod preter beneplacitum diui- 200  
 num et diuinam ordinationem  
 de duratione euiternorum, que  
 est mensura per se durationis eo-  
 rum, non est inter euiterna dare  
 durationem alicuius que sit men- 205  
 sura | durationis aliorum.

Quod probatur primo ex  
 condicionibus mensure sic: Illa  
 que sunt equalis uniformitatis

210 mesure, quia illa que sunt equalis simplicitatis et uniformitatis et equalis certitudinis non sunt nata mensurari unum per alterum; set omnia euiterna quoad  
 215 durationem sunt huiusmodi; ergo etc.

Maior patet ex ratione mesure. Debet enim mensura esse simplicior, uniformior et notior  
 220 uel saltem aliquid horum debet habere super mensuratum.

Minor probatur, quia licet esse unius euiterni sit perfectius et simplicius et quantum est de  
 225 se notius quam esse alterius, permanentia tamen et duratio esse cuiuslibet euiterni est eque simplex, eque uniformis, eque nota.

230 Quod patet ex causa eius. Causa enim permanentie et durationis euiternorum est incorruptibilitas eorum, que est unius rationis in omnibus euiternis, non secundum magis | et minus nec secundum perfectius et imperfectius, set secundum carentiam principiorum corrupti-

et equalis certitudinis non sunt nata mensurari unum | per alterum; set omnia euiterna quoad durationem sunt huiusmodi; ergo etc. *O<sub>238v</sub>*

Maior patet ex ratione mesure. Debet enim mensura esse uniformior et notior mensurato, alioquin per ipsam non certificemur de mensurato.

Minor probatur, quia, licet esse unius euiterni sit perfectius et quantum est de se notius quam esse alterius, permanentia tamen et duratio cuiuslibet euiterni est eque uniformis, | quia nulla uarietas est in esse unius, quamdiu durat, magis quam in esse alterius; est etiam eque nota. *F93ra*

Quod patet ex eius causa. Causa enim durationis | et permanentie euiternorum est incorruptibilitas eorum. Hec autem est equaliter in omnibus et non secundum perfectius et imperfectius, quia incorruptibilitas est in euiternis eo quod non habent materiam, que sit in potentia ad *M202rb*  
*V167va*



bilitatis, in qua, cum sit pura negatio, non est dare gradus, sicut nec in ceteris puris negationibus. Equaliter enim <est> homo non lapis sicut asinus. Est etiam duratio eque uniformis nullam uariabilitatem recipiens magis una quam altera nec actu nec potentia. Solum enim possit illam uariabilitatem recipere que est ex subtractione influentie diuine, quod est equaliter in omnibus. Et per consequens eque nota est permanentia perpetua cuiuslibet euiterni, quia eque notum est omne incorruptibile in quantum incorruptibile semper permanere. Patet ergo minor propositio. Sequitur ergo conclusio, cum maior de se sit manifesta.

*O<sub>2</sub>39r*

aliam formam; set non habere talem materiam est equaliter in omnibus, quia non est inequalitas in priuationibus uel negationibus nisi propter inequalitatem illius quod negatur uel priuatur; set habere materiam talem equaliter conuenit omnibus in quibus est talis materia, quia materia prima non habet gradus | secundum quos diuersimode participetur; ergo non habere talem materiam conuenit equaliter omnibus non habentibus eam; igitur incorruptibilitas et duratio eque nota est de omnibus euiternis. Et hec fuit minor. Sequitur ergo conclusio.

[A14] Set posset aliquis dicere quod, licet permanentia seu duratio omnium euiternorum secundum se sit uniformis, tamen non est uniformis quoad adiuncta. Maior enim difformitas est in angelis inferioribus quoad intellectiones et affectiones quam in angelis superioribus. Et ex hac maiori difformitate redundat in esse angeli inferioris quedam uarietas, ratione cuius est minus certum et ideo redditur mensurabile per aliud quod est minus uariabile et per consequens magis certum. Verbi gratia in simili: Ponatur quod motus spere solis uel solis secundum speram

*deest* 38

265

270 suam sit eque uelox et uniformis secundum se, sicut motus primi  
 mobilis; attamen quia preter illum motum habet quamdam uari-  
 etatem ex motu sui excentrici, qui non est in motu primi mo-  
 bilis, ex hoc redditur motus spere solis aliquantulum uariabilis ratio-  
 ne adiuncti et minus certus et per consequens mensurabilis per  
 275 primum motum tamquam per magis uniformem et magis cer-  
 tum. Hoc autem quod inducitur pro simili non est simile, quia  
 motus spere et excentrici sunt eiusdem generis et respiciunt ean-  
 dem mensuram nec deprehenduntur secundum se, set ratione  
 planete in quo apparet quasi quidam motus mixtus ex duobus.  
 Et ideo quedam incertitudo causatur in uno in quantum motus  
 280 planete qui apparet nobis difformior est quam si esset secundum  
 motum spere solum. Set esse angeli et uicissitudo affectionum  
 uel intellectionum eius non sunt eiusdem generis, nec respiciunt  
 eandem mensuram, nec ex hiis redundat aliquid quasi mixtum  
 et difforme mensurabile, ut sic in quolibet causetur quedam in-  
 285 certitudo, sicut dictum est de motibus. Ideo non est simile.

[A15] Secundo apparet idem ex parte mensurabilis sic: Infi-  
 nitum in quantum huiusmodi non est mensurabile. Opponun-  
 tur enim adinuicem secundum <quod> quodlibet euiternum,  
 quamuis sit finitum quoad perfectionem essentie et esse, tamen  
 290 est infinitum quoad durationem, hoc est semper permanens et  
 potens eternitati uel tempori infinito coexistere a parte post per  
 naturam. Supposita | tamen communi Dei influenza et a parte  
 ante per se terminum non habet, cum producat per simpli-  
 cem emanationem que motum non consequitur, ut deductum  
 295 fuit in precedente distinctione quod si a parte ante terminum  
 habeat, hoc solum est ex beneplacito Dei producentis, ex quo  
 posset terminum habere a parte post. Ergo, licet euiterna pos-  
 sint habere mensuram quoad perfectionem essentie et esse, ta-  
 men non possunt mensurari quoad durationem nisi a benepla-  
 300 cito diuino, quo producta sunt non ab eterno et quo desinere  
 possunt ne semper durent.

*deest* 23*D82rb*

[A16-B11] \*Tertio patet\* idem ex modo mensurandi sic: Omnis mensuratio uel est per modum adequationis, sicut mensuratur tanta pars panni quanta est ulna, uel per modum replicationis, sicut per determinatam partem panni mensuratur totus pannus replicando partem. Set esse uel duratio primi euiterni non potest mensurare durationem aliorum per modum adequationis, cum unum eorum sit alio non existente, ut angelus primus \* non existente anima Petri; | talia autem non equantur duratione. 305

[A17] Item nec per modum replicationis. Sic enim quodlibet euiternum includeret pluries durationem primi euiterni, quod non est uerum. 310

Nec preter istos duos modos inuenitur alius modus mensurandi quantitatem extensiuam uel illud quod apprehenditur sub modo alicuius extensionis, sicut est omnis duratio quam contingit pluries sumere in se uel in suis partibus ut eum et tempus. Patet igitur quod duratio euiternorum non mensuratur aliquo sui generis, immo omnino non mensuratur, ut ostendit se-

[B12] Item nec per modum replicationis, quia sic quodlibet euiternum includeret pluries durationem primi euiterni, quod non est uerum; ergo nullo modo possunt euiterna per durationem primi mensurari. 315

[B13] Tertio quia nichil est mensurabile nisi secundum quod accipit rationem quanti; set duratio, que est tota simul, non habet | rationem quanti, set unitatis; habet autem rationem quanti quatinus coexistit durationi quante, puta motui; ergo talis duratio secundum se non habet mensuram, | set solum secun-

cunda ratio, nisi in quantum accipit terminum ex parte ante et accipere posset ex parte post, si  
 330 Deus uellet. Et hoc modo habet duplicem mensuram, unam per se, beneplacitum diuinum prefigens essendi terminum, aliam per accidens et secundum coexistentiam ad tempus, ratione cuius  
 335 dicitur quod angeli durauerunt a principio temporis secundum coexistentiam. Anime autem que cotidie creantur, durant ab illo instanti temporis quod mensurat  
 340 generationem hominis, in qua anima infundendo creatur et creando infunditur, et licet durationi euiternorum non assignetur absolute mensura, set solum, ut  
 345 dictum est, prout accipit aliquam termini causam, non propter hoc ignotum est euiterna semper durare a parte post, immo hoc per  
 350 se notum est ex eorum incorruptibilitate (hoc tamen non est mensurari, quia mensura rei mensurate prefigit), sicut per se notum est Deum | semper fuisse,  
 355 esse et fore et numquam posse non esse, nec tamen sua duratio mensuratur proprie eternitate, set est eternitas ipsamet duratio

dum coexistentiam ad motum, et tunc habet eandem quam et motus. | Et sic secundum istos duratio cuiuslibet euiterni habet duplicem mensuram: unam per se sicut causam, scilicet beneplacitum diuinum preordinans durationem cuiuslibet et quantitatem durationis; aliam per accidens et secundum coexistentiam, scilicet tempus, ratione cuius dicitur quod angeli durauerunt a principio mundi quantum durauit celum et motus celi, quia simul creati sunt cum eis, anime autem que cotidie creantur, durant ab illo tempore cui coexistunt, quando primo sunt. Nullam tamen mensuram unigeneam habent. Iste etiam rationes, quamuis sint probabiles, possunt tamen euadi.

*Mu124ra*

*V167vb*

diuina a nullo mensurata. Mensura enim proprie semper differt a mensurato realiter.

360

*deest* ¶

[B14] Prima quidem concedendo totum processum rationis usque ad illud quod dicitur quod, quia materia, que est in potentia ad aliam formam, participatur equaliter ab omnibus in quibus est, sic et carentia materie, potest negari, quia in priuationibus inuenitur gradus non solum secundum gradus habituum, set secundum ea que impediunt habitum. Verbi gratia: Domus aliqua dicitur magis tenebrosa, non solum quia nichil habet de lumine et alia habet aliquid, set quia, cum utraque simpliciter careat lumine, una habet plura impedimenta ad receptionem luminis quam alia, uel quia habet unum impedimentum quod est maius quam impedimentum alterius. Sic cum omnia euiterna careant materia, que est principium corruptionis, causa tamen carendi non est in omnibus equalis, quia cum causa illa sit perfectio nature et diuersus gradus perfectionis naturalis est in diuersis, ideo possunt dici inequaliter carere materia. 365 370 375

*N72ra**O<sub>2</sub>40r**M202vb**F93rb*

[B15] Ad secundam potest dici quod preter modum mensurandi qui est per modum adaequationis et illum qui est per modum replicationis, est alius modus mensurandi, scilicet per modum defficientie, sicut mensurantur alii colores per albedinem, non quia equantur ei nec quia contineant eius perfectionem pluries, set quia defficiunt ab eius perfectione secundum plus uel minus. Et hoc modo per durationem primi euiterni possunt 380

*deest* 21

durationes aliorum mensurari non quatinus ei equantur, set quia ab ea defficiunt plus uel minus.

390

[B16] Ad tertiam potest dici quod non sola quantitas habet rationem mensurabilis, cum dicamus quod mutatum esse mensuratur per nunc, quorum utrumque est indiuisibile et non quantum, uel potest dici quod euiterna secundum se habent modum durationis | quante, inquantum possunt pluries sumi; sic igitur patet qualiter rationes utriusque opinionis possunt euadi. *O<sub>2</sub>40v*

395

[A18] Ad rationes utriusque partis respondendum est quod, licet alique earum sint ad conclusionem, non tamen eam efficaciter ostendunt.

[B17] Similiter ad rationes principales utriusque partis potest responderi.

400

Prima enim \*ratio\* solum probat quod unum euiternum non sit mensura aliorum per se et directe sicut \*est\* causa (ad talem enim mensuram dependet mensurabile), set non probat quin sit mensura \*indirecte et comparatiue\* sicut primum in aliquo genere, ut patet ex dictis in corpore solutionis.

405

[A19-B18] Ad secundum dicendum quod accidit tempori, ut est mensura temporalium, quod sit in aliquo euiterno. Si enim celum esset corruptibile et uniformiter moueretur ut modo, motus eius esset mensura aliorum motuum, sicut nunc est. Set | uerum est quod ad hoc, quod talis motus duret et coexistat omnibus motibus mensurabilibus *M203ra*

qui possunt sibi inuicem succedere in infinitum, oportet subiectum eius non esse corruptibile, set euiternum. Primum autem euiternum potest omnibus euiternis coexistere, \*propter quod\* non oportet quod eum 410 mensurans \*omnia\* euiterna sit in \*aliquo\* subiecto transcendente genus euiternorum.

[A20] Ad tertium dicendum quod, cum eum per se respiciat durationem esse naturalis, nichil prohibet malum angelum, si sit supremus in gradu nature, esse mensuram aliorum.

[B19] Ad tertiam dicendum est quod non est inconueniens quod per Luciferum, si sit perfectior in gradu nature, mensurantur alia euiterna, quia tunc notior est sua duratio et uniformior. 415

*O<sub>2</sub>A1r* [A21-B20] Ad argumentum alterius partis \*dicendum\* quod non est simile de tempore respectu motuum et \*euo respectu\* \*durationis\* euiternorum. Primus enim motus, cum quo tempus est \*realiter idem\*, est uniformior \*et simplicior\* et notior ceteris motibus \*sub ipso\*, \*etiam omnes alii motus accipiunt terminum sue durationis in ante et post uel secundum totum, ut motus qui sunt in rebus generabilibus 420 et corruptibilibus, uel secundum partem, | ut motus inferiorum orbium 425 qui secundum sui totalitatem non mesurantur, cum non habeant terminum. Motus\* \*etiam primus natus est\* certificare quantitatem aliorum per modum adaequationis et replicationis, in quantum aliqua pars eius adaequatur alteri parti alterius motus et replicata reddit totum. Et ideo \*omnes\* condiciones mesure \*et mensurabilis\* reperiuntur in tempore 430

\*et\* in \*primo motu\* respectu aliorum motuum, propter quod merito est unum tempus quod mensurat \*omnia temporalia\*. Non sic autem est de duratione primi euiterni respectu aliorum, immo \*omnes condiciones \*uel fere omnes\* defficiunt, ut patuit in rationibus \* positionis; \*ideo 435 etc.\* Hec autem \*dicta sunt magis inquirendum quam asserendum\*.

## &lt;QVESTIO TERTIA

## VTRVM CELVM EMPYREVM SIT LOCVS CORPORALIS&gt;

[A1] Deinde queritur de celo  
empyre, de quo queruntur duo.

5

[B1] *De angelica itaque natura.*  
Circa distinctionem istam queritur de duobus, scilicet de celo empyreo et de euo.

De celo empyreo queruntur duo.

Primum \*erit\* utrum sit locus | corporalis; secundum erit utrum *N70ra*  
10 habeat influentiam super alia corpora.

Videtur primo quod celum empyreum non sit corpus, quia contemplationi non debetur locus corporeus. Nam contemplatio existens in corpore aliquo a corpore abstrahit. Vnde AVGVSTINVS IV De



Trinitate: Quando *aliquid* diuinum *mente* percipimus, *non in hoc*  
*M198va mundo sumus*; set celum empyreum dicitur deputatum | contempla- 15  
 tioni beatorum; ergo non est locus corporeus.

[A2-B2] In contrarium sunt STRABVS et BEDA. Dicit enim STRABVS  
 super illo uerbo *Gen. 1: In principio creauit Deus celum et terram: Ce-*  
*lum* dicit *non uisibile firmamentum, set empyreum, idest igneum.*

[A3-B3] Responso. Videnda sunt tria \*: an celum empyreum sit, ad 20  
 quid factum sit et quale sit.

*Quod celum empyreum* sit aut quod sit corpus, non potest per ratio-  
 nes necessarias demonstrari, *quia quidquid cognoscimus* de corporibus  
*O245v celestibus cognoscimus aut | per uisum aut per motum* aut ex aliquo  
 effectu in hiis inferioribus apparente; set illud celum uisu non depre- 25  
 henditur *nec subiacet motui*, ut infra dicitur, nec aliquis effectus de  
 illo celo innotescit nobis; et ideo non potest efficaciter per rationem  
*F91rb* probari quod sit tale celum. Tenemus | autem hoc auctoritate Sanc-  
 torum, maxime STRABI et BEDE, potest nichilominus hoc aliquialiter

- 30 persuaderi, licet non multum efficaciter, sic: *Inter corpora celestia inuenitur aliquod* quod est partim *dyaphanum*, partim *lucidum* (ut *celum stellatum*), *aliquod* quod omnino \* *dyaphanum* (ut *nona spera* seu *celum cristallinum*); ergo debet aliud inueniri quod sit omnino *lucidum*, et hoc dicimus *empyreum*.
- 35 [A4-B4] Quantum ad secundum, scilicet ad quid \*, quidam dicunt quod *factum est* principaliter *propter ordinem uniuerſi*. Quod declarant sic: Inferiora in entibus secundum sui supremum attingunt superiora secundum sui infimum, ut uult DYONISIUS. Nunc est ita quod intelligentia est motor immobilis. Ergo oportet quod sit aliquod corpus
- 40 attingens ipsam quantum | ad immobilitatem, quod est eius infimum *M198vb* (intellectualitas enim est eius supremum). Oportet ergo aliquod corpus celeste esse immobile. Et hoc est *celum* | *empyreum*. Et ita congruebat *O246r* ordini uniuerſi propter eius conexionem esse aliquod tale corpus, factum etiam, ut dicunt, ut sit locus \**gloriosorum corporum*\*. Decet
- 45 enim corpora gloriosa esse in aliqua parte uniuerſi et maxime in suprema, quam dicimus *celum empyreum*. Et eadem ratione factum est

propter angelos, quibus congruit esse in aliqua parte uniuersi, cum sint et ipsi partes uniuersi.

*V168ra* [A5-B5] Istud autem | non uidetur sufficienter dictum, \*quia\* ordo  
 \*in\* quo inferiora attingunt superiora debet attendi secundum ea que 50  
 sunt rei intrinseca et essentialia; esse autem immobile non est intrin-  
 secum \*ut esse naturale\* celo empyreo, immo non est immobile, licet  
 sit immotum: posset enim moueri et alii orbes quiescere non mutata  
 huius uel illorum natura; ideo etc.

Quod etiam subditur quod factum est tam propter \*hominem\* 55  
 quam propter angelos, non uideo \*quoad\* angelos, quia, ut aliqui  
 probabiliter dicunt, angelis non conuenit esse in loco nisi per opera-  
 tionem quam habent circa locum, et adhuc secundum illam dicuntur  
 ibi esse methaforice, nec angeli sunt partes uniuersi corporei, ut prop-  
*Mu122vb* ter hoc oporteat eis aptare locum | corporeum. 60

[A6-B6] Propter quod uidetur melius esse dicendum quod, propter  
*N70rb* hoc quod celum empyreum tenet gradum suum in corporibus, | qui  
*O.46v* forte non est supremus, cum non sit uiuens nec | attenditur secundum  
*M199ra* suam immobilitatem, | set secundum sua essentialia, nichilominus fac-  
 tum est propter corpora Sanctorum, ut sit eis locus congruitatis, non 65  
 necessitatis.

Ex qua congruitate redditur causa tertii propositi, scilicet quale debeat esse. Condiciones enim rei ordinate in finem debent \*correspondere\* fini. Celum autem illud ordinatur ad futurum statum beatorum, et quia  
 70 | illi sunt | in plena fruitione totaliter quietante appetitum humanum, *D82vb*  
 ideo debet esse non motum, uel quietum; quia uero sunt in participa- *A54va*  
 tione eternitatis, debet locus | ille esse incorruptibilis; quia etiam sunt in *Z57vb*  
 continua uisione lucis eterne, debuit esse lucidum. Vnde et *empyreum*  
*dicitur*, idest igneum, *non a calore, set a splendore*. Lucidum autem di-  
 75 citur non quod sit radiosum, quia claritas eius nequaquam lateret nos,  
 cum spere intermedie sint transparentes, set pro tanto dicitur lucidum,  
 quia in compositione sua lucem habet, set non ex tanta densitate par-  
 tium ut terminet uisum, sicut faciunt corpora solis et lune et astrorum.

[A7-B7] Ad argumentum in oppositum dicendum quod illud ce-  
 80 lum est locus beate contemplationis non propter angelos, set propter  
 homines, nec propter spiritum contemplantem, nisi \*quatinus\* est ac-  
 tus corporis cui congruit talis locus pro statu sue glorificationis et prop-  
 ter adaptationem iam dictam, ut corporalia spiritualibus respondeant.

<QVESTIO QVARTA  
VTRVM CELVM EMPYREVM HABEAT INFLVENTIAM  
IN ALIA CORPORA>

*O<sub>247r</sub>* [A1-B1] Secundo queritur utrum celum empyreum habeat influen-  
tiam in alia corpora. Et uidetur quod non. Celum agit per motum et 5  
*F91va* lumen, ut dicitur | II Celi et mundi; set illud celum non agit per  
*M199rb* motum, cum non moueatur, nec per lumen, cum non | sit radiosum,  
ut statim dictum est in precedenti questione; ergo etc.

[A2-B2] In contrarium arguitur, quia locus est conseruatiuus lo-  
cati; set celum empyreum est locus \*superiorum\* corporum, ergo est 10  
conseruatiuum eorum; set non conseruat nisi per aliquam actionem;  
ergo etc.

[A3-B3] Responso. Hic est duplex modus dicendi, non solum  
diuersorum doctorum, set eiusdem in diuersis locis. Vnus modus est  
quod celum empyreum non influit in hec inferiora nec in alia corpora 15  
propter duo. Primum est, quia *status glorie est alius a statu generationis  
et corruptionis, qui competit uie*; set *celum empyreum ordinatur ad statum  
glorie*; ergo non est eiusdem ordinis cum aliis corporibus, que ordinantur  
ad statum generationis et corruptionis; talia autem non agunt in inui-  
cem; quare etc.

Secundo, quia nullum *corpus* uidetur *habere influentiam super aliud nisi motum*; set celum empyreum non mouetur; ergo non influit in alia corpora.

[A4-B4] Alius modus dicendi est quod celum empyreum influit  
 25 in alia corpora. Quod potest sic persuaderi: Inconueniens est ponere  
 aliquam substantiam | otiosam seu destitutam omni operatione; set *O<sub>247v</sub>*  
 celum empyreum est substantia quedam naturalis et inter corporeas  
 nobilior; ergo oportet quod secundum suam naturam habeat aliquam  
 operationem. Hec autem non potest esse manens in operante, quia  
 30 omnes huiusmodi operationes sunt rerum uiuentium solum. Relinquitur  
 ergo quod \*eius operatio\* transeat in materiam exteriorem. Hoc  
 autem non esset, nisi aliquid influeret in alia corpora. Ergo celum empyreum  
 aliquid influit in alia.

Quid autem sit illud | ignoramus, sicut et multa alia nobis uiciniora, *M199va*  
 35 ut, cum magnes attrahit ferrum, ignoramus quid influat, quanto magis  
 circa celum empyreum.

[A5-B5] Ad argumentum in oppositum, cum dicitur quod celum  
 non agit nisi per motum et lumen, dicendum quod hee due actiones  
 sunt nobis notiores, | forte tamen alie non sunt negande, quibus celum *N70va*  
 40 aliquas uirtutes influit. Set esto quod non essent alie, tu dicis quod  
 celum empyreum non agit per motum nec per lumen, potest dici quod  
 non est uerum de lumine. Quamuis enim non sit adeo radiosum ut  
 possit uisu nostro percipi, tamen lucidum est et aliquale lumen influit

corpori sibi coniuncto et illo mediante potest influere aliquam aliam uirtutem nobis ignotam. 45

*O<sub>248r</sub>* [A6-B6] Rationes etiam alterius opinionis non cogunt. Celum enim empyreum de natura sua gradum et ordinem tenet inter corpora naturalia et est eiusdem ordinis, quamuis ex beneplacito diuino sit futurus locus beatorum. Quod etiam subditur quod nullum corpus agit nisi motum, falsum est. Et hoc nunc supponatur, quia inferius de hoc 50 plene discutietur.

*V168rb* [A7-B7] Argumentum pro altera parte, quamquam uerum concludat, | tamen in hoc defficit, quia dicit omnem locum esse conseruatum locati. Nichil enim conseruatur ab alio per se, nisi sit eius causa per se, sicut sol conseruat lumen in aere; per accidens autem non conseruatur nisi quod est corruptibile, quia talis conseruatio fit impediendo actionem corruptentis. Propter quod, cum celum empyreum non sit causa aliorum orbium nec alii sint corruptibiles, non habet rationem conseruantis, set solum continentis. 55

## &lt;QVESTIO QVINTA

## VTRVM NVNC EVI SIT IDEM QVOD EVVM&gt;

*deest* ¶

[B1] Postea queritur utrum nunc eui sit idem quod euum. Et uidetur quod non, quia nunc temporis non est idem quod tempus; ergo nec nunc eui est idem quod euum.

5

Consequentia patet per simile. Antecedens probatur, | quia *Z59rb*  
nunc est indiuisibile, tempus autem est diuisibile; ergo non sunt idem nunc temporis et tempus.

10

[B2] Contra. Nunc eternitatis et eternitas sunt idem; ergo nunc eui et euum. Consequentia patet | per simile, ut prius. Antecedens probatur, quia absoluta in Deo non differunt realiter; set eternitas et nunc eternitatis sunt absoluta et conueniunt Deo soli; ergo non differunt realiter.

15

[B3] Responsio. | Circa questionem istam aliquid est | clarum et aliquid dubium. Clarum est quod principaliter queritur, dubium quod implicatur. Primum patet, scilicet quod nunc eui | et euum sunt idem, quod est principaliter quesitum, quia in *N72rb*  
duratione indiuisibili in se nec habente aliquam extensionem uel successionem non possunt differre realiter duratio et nunc durationis, quia duratio et nunc durationis non possunt differre realiter nisi sicut indiuisibile et extensum; set euum est duratio indiuisibilis | secundum se nec habet successionem nec quamcumque extensionem, licet habeat permanentiam; ergo etc. *A55vb*

20



*deest* 21*F93va*

Secundo quia measure | et durationes differentes realiter sunt  
 durationes uel measure rerum differentium realiter; set in eui- 25  
 terno non est dare aliqua differentia realiter, quibus correspon-  
 deant eum et nunc eui, immo unum et idem esse angeli est  
 quod respondet utrique; ergo eum et nunc eui non differunt  
 realiter. Et idem est intelligendum de eternitate et nunc eterni-  
 tatis propter easdem rationes. 30

*O;42r*

[B4] Quod autem implicatur in primo argumento de y-  
 demptitate et diuersitate temporis ad suum nunc, difficilius est  
 et loquimur de tempore | prout est mensura motus continui,  
 prout de ipso determinat PHILOSOPHVS IV P h i s i c o r u m . Et  
 de hoc dicunt quidam quod nunc temporis continui et tem- 35  
 pus differunt realiter. Quod probant sic: Sicut differunt propria  
 mensurata, sic et measure; set tempus continuum est mensura  
 motus, nunc uero talis temporis est mensura mobilis dicente  
 PHILOSOPHO IV P h i s i c o r u m quod, sicut se habet tempus  
 ad motum, sic nunc ad id quod fertur. Cum igitur motus et 40  
 mobile differant realiter, uidetur quod tempus et nunc ipsius  
 temporis realiter differant. Ex quo concludunt quod, sicut in  
 toto motu mobile est unum et idem secundum rem, differens  
 solum secundum rationem, prout est in alia et alia habitudine  
 ad terminum, sic nunc temporis est unum et idem | secundum 45  
 rem in toto tempore, differens solum secundum rationem, prout  
 habet esse in alia et alia parte temporis.

*M203va*

*deest* ¶

[B5] Quidquid sit de conclusione, ratio tamen que adducitur non ualet. Assumit enim falsum, scilicet quod nunc temporis continui mensuret substantiam mobilis. Hoc enim non potest stare. Primo, quia mensura durationis numquam mensurat nisi illud secundum quod attenditur duratio; set secundum substantiam non attenditur duratio, set solum secundum esse existentie, siue sit unum cum substantia, siue non; ergo nunc temporis, quod est mensura pertinens ad durationem, non mensurat substantiam mobilis, | ut substantia est.

*Oz42v*

[B6] Item nec mensurat esse existentie mobilis, quia mensure fluentis non debet esse nunc stans; set tempus continuum est mensura fluens; ergo nunc eius non est stans, set fluens. Illud autem nunc quod mensurat esse substantie mobilis oportet quod sit stans, sicut et esse mensuratum; ergo nunc temporis continui non est mensura esse rei mobilis et multo minus substantie.

[B7] Item sicut se habet motus ad mutatum esse, sic tempus ad nunc; ergo permutata proportione sicut se habet motus ad tempus, ita mutatum esse ad nunc; set motus est proprium mensuratum temporis; ergo mutatum esse est proprium mensuratum ipsius nunc. Set constat quod alterius rationis sunt quoad esse et rationem mensurati substantia mobilis et esse eius, que sunt permanentia et possunt pluries sumi, quam mutatum esse, quod non potest pluries sumi; ergo et eorum mensure. Cum igitur nunc temporis continui mensuret mutatum esse, patet quod non mensurat substantiam mobilis nec esse eius, set mensuratur

*deest* ¶

esse substantie mobilis nunc temporis discreti, quod stat et pluries potest sumi. 75

*M203vb**O243r*

[B8] Quod autem dicit PHILOSOPHVS IV P h i s i c o r u m quod, sicut se habet tempus ad motum, sic nunc ad id quod fertur, non est intelligendum quoad mensuram | substantie mobilis | uel sui esse, set secundum quod mutatum est in aliqua una dispositione. Mutatum enim esse ipsius mobilis secundum quamcumque unam dispositionem mensuratur solum ipso nunc temporis. Patet igitur quod predicta ratio, per quam probatur quod nunc temporis differat realiter a tempore, non ualet. 80

*N72va**F93vb*

[B9] Quid autem sit de ueritate conclusionis in se, | scilicet an | nunc temporis differat realiter a tempore uel non, doctores communiter non pertractant, potest tamen dici sic dando peritioribus materiam inquirendi, quod, sicut se habet linea ad punctum, sic se habet nunc ad tempus. Et quia linea, cum sit permanens, est nobis notior quam sit ipsum tempus, | ideo queratur quomodo se habet punctus ad lineam secundum ydemptitatem uel diuersitatem, ut simile concludatur de tempore et de nunc temporis. Videtur autem prima facie quod punctus et linea non sint idem precise. | Nullus enim dicit hanc ueram esse 'punctus est linea' uel 'linea punctus'. Nec potest dici quod punctus sit aliquid intrinsece pertinens ad essentiam linee, quia illud quod non est tota linea, set aliquid eius, oportet quod sit pars. Et cum non sit 85 90 95

*Z59va**Mu124va*

*deest* ¶

nisi duplex pars pertinens ad essentiam rei, scilicet quantitativa et essentialis, si punctus | est pars lineae, aut erit pars quantitativa, *O<sub>243v</sub>* et sic ex punctis componetur linea, quod negat PHILOSOPHVS VI P h i s i c o r u m , et item punctus non erit quid indiuisibile, set potius quantum, quia quantum non componitur nisi ex quantis; nec potest dici quod sit pars essentialis, quia tales partes solum sunt materia et forma; linea autem non est ex talibus partibus composita, cum sit accidens et forma simplex; quare etc. Et item

100

105 si esset pars essentialis, esset forma lineae, cum dicatur terminare et finire lineam. Hoc autem esse non potest, quia unius rei una est forma; unius autem lineae dicuntur esse duo puncta; quare etc.

[B10] Ob hoc putant quidam | punctum esse quoddam positium et indiuisibile realiter terminans lineam, quamuis non *M204ra* sit de essentia lineae. Istud autem non potest esse uerum, quia preter terminum extrinsecum oportet ponere lineam esse finitam, quia lineae, quae de se esset infinita, terminus extrinsecus non poneret finitatem et item excluso puncto, si sit terminus extrinsecus, adhuc linea remanet tanta quanta in se prius erat et non maior nec minor.

110

115

Quid igitur facit ad finitatem lineae punctus, cum sit terminus extrinsecus, | non apparet, immo omnino latet, quare oporteat *A56ra* ad finitatem lineae ponere talem | terminum. Fatuum enim esset *O<sub>244r</sub>*

*deest* ¶

ymaginari quod nisi essent puncta terminantia lineam, linea ex  
 utraque parte fluere in infinitum. Omne enim quod finitur, fi- 120  
 nitur se ipso uel aliquo sibi intrinseco.

Vnde PHILOSOPHVS III PHISICORVM contra illos qui  
 probabant infinitum esse in corporibus pro eo quod omne fini-  
 tum, ut dicebant, finitur ad aliud et illud ad aliud et sic semper,  
 dicit quod aliud est finiri, aliud tangi. Quod enim tangitur ab 125  
 alio tangitur, quod autem finitur non finitur alio, set se ipso.  
 Nullo ergo modo credendum est quod punctus sit aliqua natura  
 positua indiuisibilis terminans lineam, set terminatur linea se  
 ipsa in quantum tantum extenditur et non plus, ita quod ter-  
 minatio lineae includit priuationem ulterioris continuationis. 130  
 Et quia priuatio continui et diuisibilis uidetur habere rationem  
 indiuisibilis, ideo ymaginamur punctum esse quid indiuisibile,  
 cum tamen nichil indiuisibile posituum sit intrinsecum lineae  
 nec ei adiunctum.

[B11] Item sicut punctus dicitur terminus lineae, ita linea 135  
 dicitur terminus superficiei et superficies terminus corporis; si  
 ergo punctus esset aliquid indiuisibile additum lineae, pari ratio-  
 ne et linea respectu superficiei et illa respectu corporis, et tunc in  
 corpore rotundo esset ymaginanda superficies indiuisibilis quo-  
 ad profunditatem realiter differens a corpore et inuoluens ipsum 140  
 tamquam terminus extrinsecus, quod est absurdum.

*deest* ¶

[B12] Tenendum | est ergo quod linea | non se habet ad punc- *M204rb*  
 tum sicut diuisibile ad indiuisibile positium, set sicut ad pri- *O.44v*  
 uationem | ulterioris continuationis, et sic dicitur actu termi- *F94ra*  
 145 nari per puncta quia priuatur ulteriori extensione. Quod autem  
 dictum est de linea et puncto intelligendum est de motu et mu-  
 tato esse, quia mutatum esse non est indiuisibile positium | *N72vb*  
 intrinsecum motui uel ei adiunctum, set est priuatio ulterioris con-  
 tinuationis in motu, et tunc dicimus in motu mutatum esse in  
 150 actu, quando terminatus est nec ulterius protenditur. Et quia in  
 tempore, quod est idem realiter cum primo motu, non est dare ta-  
 lem terminationem que sit priuatio ulterioris continuationis, ideo  
 non est dare ibi nunc in actu, set solum in potentia, si contingeret  
 tempus finiri. Et tunc illud nunc non esset quid indiuisibile posi-  
 155 tium, set priuatio ulterioris continuationis, ut de aliis dictum est.

Et si opponatur quod tempus non habet esse nisi per nunc,  
 quare, ut uidetur, oportet nunc actu esse et esse quid positium,  
 quia tempus est aliquid positium et positium non habet esse  
 per priuatum, dicendum quod tempus non habet esse per nunc,  
 160 set per existentiam suarum partium que uere et realiter habent  
 esse, quamuis non simul, nec istud esse simul requiritur ad omne  
 reale esse, set solum ad esse permanentium, quorum condicio est  
 simultas; | non autem requiritur ad esse successiuorum. *O.45r*

[B13] Ad argumentum in oppositum dicendum quod aliter se  
 165 habet nunc eui ad eum, cum sit id ipsum sub alia et alia conside-  
 ratione, et aliter tempus ad nunc, cum nunc non sit nisi priuatio  
 ulterioris continuationis in tempore.

<DISTINCTIO TERTIA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM ANGELVS SIT COMPOSITVS EX MATERIA ET FORMA>

*D83ra* [A1] *Ecce ostensum est* etc. Circa  
distinctionem istam primo que-  
ritur de angelorum simplicitate;  
*M204va* seu indiuiduatione; tertio de eo-  
*Z59vb* rum cognitione; quarto est de  
eorum dilectione naturali.

Circa primum queritur utrum  
angelus sit compositus ex mate-  
ria et forma. Et uidetur quod sic,  
<quia> in habentibus ordinem  
posterius supponit prius; set  
compositio materie cum forma  
prior est compositione subiecti  
cum accidente, quia prima dat  
esse simpliciter, secunda dat esse  
secundum quid; cum igitur in  
angelis sit compositio subiecti ad  
accidens, uidetur quod in eis sit  
compositio materie ad formam,  
que ab alia supponitur tamquam  
prior.

[B1] *Ecce ostensum est*. Circa di-  
stinctionem istam primo queri- 5  
tur utrum angelus sit compositus  
ex materia et forma. Arguitur  
quod sic, | quia substantia diui-  
ditur in materiam, formam | et  
compositum; set angelus non 10  
est materia, quia esset solum in  
potentia, nec forma, cum illa sit  
altera pars compositi; ergo est  
compositus.

15

20

25

[A2] Item *in per se ordinatis*  
 non peruenitur de *extremo ad*  
*extremum nisi per medium; set*  
*inter ens actu et nichil medium*  
 30 *est ens in pura potentia; ergo ex*  
 nichilo non peruenitur ad ens  
 actu nisi mediante materia; *set*  
*angelus fit ex nichilo ens actu;*  
*ergo fit ex materia media et sic est*  
 35 *compositus ex materia et forma.*

[A3] Item illud quod est per  
 se in genere substantie est com-  
 positum. Materia enim et forma,  
 que sunt simplicia, non sunt per  
 40 se in genere substantie, set solum  
 per reductionem; set angelus est  
 per se in genere; ergo est com-  
 positus.

45

50

[B2] Item illud quod per se  
 est in genere est compositum,  
 quia materia et forma non sunt  
 in genere nisi per reductionem;  
 set angelus est per se in genere;  
 ergo est compositus.

[B3] Item AVGVSTINVS dicit in *O<sub>2</sub>104v*  
 libro De Mirabilibus sa-  
 cre scripture quod Deus  
 omnipotens *ex informi materia,*  
*quam prius de nichilo condidit,*  
*cunctarum rerum sensibilium et*  
*insensibilium, intellectu carentium*  
*species multiformes diuisit; igitur*  
 materia est in cunctis creaturis:  
 quare et in angelis.



[A4] In contrarium est quod dicit Dyonisius IV cap. De diuinis nominibus quod angeli sunt \*imateriales et incorporales. Et BOETIUS libro De duabus naturis dicit quod \*omnis\* natura incorporee substantie nullo ininititur materie fundamento \*.

*Mu124vb*

[A5] Responsio. Dicenda sunt duo.

Primum est quod essentia angeli non est composita ex materia et forma. Secundum est quod ipsa non est proprie composita ex genere et differentia.

[B5] Responsio. Circa questionem istam uidenda sunt duo. Primum est utrum angelus sit compositus ex materia et forma. Secundum est utrum sit compositus ex genere et differentia.

[B6] Quantum ad primum probant aliqui angelum non esse compositum ex materia et forma duplici ratione. Prima sumitur ex condicione operationis et est talis: *Illud cuius propria operatio et per se est intelligere non habet materiam partem sui; set angelus est huiusmodi; ergo etc.*

*Minor patet. Maior probatur. Ad cuius euidenciam sciendum est quod substantie materiali non*

80

*conuenit intelligere non solum propter quantitatem, set propter potentialitatem et imperfectionem materie. Quod ex hoc patet, quia in corporibus siue in corporalibus substantiis illud quod est magis | materiale et imperfectum* O<sub>2</sub>105r

85

*et potentiale magis est remotum a cognitione. Vnde corpora inanimata uel insensibilia non possunt habere cognitionem propter maiorem potentialitatem et materialitatem. Ex quo potest accipi | ista maior, | quod illud* M204vb

90

*cui conuenit nobilior modus cognoscendi qui potest esse oportet omnino esse liberum ab eo quod est pura potentia et ab omni materia que sit simpliciter materia et pura potentialitas; set illud cui conuenit intelligere est huiusmodi, quia, licet in intelligendo sint diuersi gradus, | comparando* F94rb

95

*est pura potentia et ab omni materia que sit simpliciter materia et pura potentialitas; set illud cui conuenit intelligere est huiusmodi, quia, licet in intelligendo sint diuersi gradus, | comparando* A56rb

100

*tamen generales modos cognoscendi intelligere est nobilior modus; quare etc.*

[A6] Primum patet sic: Anima humana non est composita ex materia et forma; ergo nec an-

105 gelus.

[B7] *Secunda ratio talis est: Anima non habet materiam partem sui; ergo nec angelus.*

*N73ra* Consequentia patet, quia angelus nobilior est et simplicior quam anima.

Probatio antecedentis: Si anima humana esset composita ex materia et forma, preter illam materiam esset in homine quedam alia, alioquin homo et anima non differrent; igitur ille due materie aut sunt eiusdem rationis aut diuersarum. Si sint eiusdem rationis, aut utraque informatur eadem forma aut totum compositum ex una materia cum forma informat aliam materiam. Istud autem secundum non potest dici, quia quod est pura potentia secundum se nullo modo potest esse actus; set materia que ponitur pars anime, si sit eiusdem rationis cum materia corporis, est ipsa potentia pura; ergo nullo modo competit ei esse actum uel partem actus; nullo ergo modo anima, ut dicit quid compositum ex materia et forma, potest secundum se totam informare materiam corporis. Nec est simile

*O<sub>2</sub>105v*

Consequentia patet, quia perfectior est angelus | quam anima. Antecedens supponatur nunc, quia probatum fuit sufficienter in I libro dist. 3.

110

[B8] Iste rationes non concludunt. Quod patet de prima sic: Operatio enim intelligendi dicitur esse alicuius dupliciter: uno modo sicut suppositi operantis, alio modo sicut principii elicentis uel immediate suscipientis.

115

Primo modo falsa est maior propositio que dicit quod illud cuius intelligere est propria operatio non habet materiam partem sui, quia homo est id quod intelligit ut suppositum cuius operatio est intelligere.

125

Secundo modo uera est, quia illud quod est principium elicitiuum uel susceptiuum actus intelligendi non habet materiam partem sui et hoc in homine est anima intellectiua cum sua potentia. Similiter potest dici quod angelus | est illud cuius opera-

130

135 de quantitate que informatur  
albedine et nichilominus infor-  
mat subiectum, quia quantitas  
non est prima et pura potentia,  
set actus quidam imperfectus et  
140 medius, propter quod potest ha-  
bere rationem potentie et actus  
respectu diuersorum.

Relinquitur ergo quod utra-  
que materia informetur eadem  
forma. Hoc autem est impossi-  
145 bile propter multa. Primo, quia  
due forme eiusdem rationis nec  
immediate nec ordine quodam  
possunt simul esse in eadem par-  
te materie; ergo pari ratione due  
150 materie eiusdem rationis nec im-  
mediate nec ordine quodam pos-  
sunt simul esse sub eadem forma.

Secundo, quia, quando due  
materie sunt eiusdem rationis  
155 et eisdem dispositionibus af-  
ficiuntur, si unio forme cum  
una earum est solubilis, et cum  
altera. Si igitur iste due materie  
que sunt in homine sunt eius-  
160 dem rationis, cum perficiantur  
eisdem dispositionibus, eo quod

tio est intelligere ut suppositi  
operantis et ob hoc non oportet  
quin sit compositus ex materia et  
forma, sicut et homo. Set ange-  
lus non est principium elicitium  
uel susceptiuum operationis  
intelligendi, set forma eius que  
non habet materiam partem sui  
sicut nec anima in homine.

[B9] Ad secundam rationem  
dicendum negando consequen-  
tiam. Nulla enim consequentia  
est sic arguere: pars speciei non  
est composita; ergo nec spe-  
cies. Cum ergo anima rationalis  
sit pars speciei et non completa  
species, angelus autem sit quid  
completum in specie, nulla con-  
sequentia est, si anima non est  
composita ex materia et forma, | *M205ra*  
quod angelus non sit compositus  
compositione illa.

[B10] Tenendo ergo eandem  
conclusionem, probro eam dupli-  
citer.

Primo sic. Si angelus est com-  
positus ex materia et forma, aut  
illa forma est separabilis a ma-

sunt indistincte loco et subiecto, si unio forme cum altera earum est solubilis, eodem modo et cum reliqua. Sequitur ergo quod aut anima erit corruptibilis per solutionem forme sue a materia sua, sicut homo, aut utrumque, scilicet tam homo quam anima, erit aliquid incorruptibile, quorum quodlibet est falsum.

*O<sub>2</sub>106r* Tertio, quia queram per quid iste materie distinguuntur. Non secundum se, quia in pura potentia inquantum huiusmodi non est distinctio, maxime cum loquamur de pura potentia eiusdem rationis, nec per formam, quia una est et utramque perficit, nec per quantitatem, cum sint indistincte loco et subiecto, nec per alias dispositiones per eandem rationem, et iterum quia talis distinctio esset solum per accidens; impossibile est ergo quod iste materie sint eiusdem rationis.

teria aut non. Si sit separabilis, angelus erit corruptibilis, quod negatur ab omnibus. Si non sit separabilis, contra: forma que est separabilis a materia, est perfectior quam illa que non est separabilis, quia minus dependet; set anima, que est forma hominis, est separabilis a materia, forma autem angeli, ut tu dicis, non est separabilis; ergo perfectior et nobilior erit forma hominis quam forma angeli; ergo homo erit perfectior angelo, quia perfectio rerum mensuratur secundum perfectionem formarum; hoc autem est inconueniens; ergo etc.

[B11] Secundo sic: illud quod non habet aliquam cognitionem preter intellectiuam non indiget materia quocumque modo, nec ut parte nec ut subiecto; set angelus ponitur habere solum cognitionem intellectiuam; ergo non habet materiam quoquomodo.

Si dicatur quod iste due mate-  
 rie efficiuntur una dum anima est  
 190 in corpore, sequitur quod anima  
 in corpore non erit composita,  
 et ita non erit eadem coniuncta  
 et separata, aut, si sit in corpore  
 composita et in homine uiuente  
 195 non sit nisi una materia, non dif-  
 fert homo et anima, que omnia  
 sunt absurda secundum philoso-  
 phiam et periculosa secundum  
 fidem.

200 Quarto, quia eadem forma  
 nata est dare idem esse precipue  
 materie eiusdem rationis; igitur  
 forma que ponitur pars anime,  
 cum maneat eadem secundum  
 205 se, dabit omni materie eiusdem  
 rationis idem esse; ergo si ex ipsa  
 cum una materia resultat anima,  
 similiter ex ipsa cum alia materia  
 resultabit anima eadem uel alia,  
 210 et ita erunt due anime et nullus  
 | homo, nisi dicatur quod homo  
 non est aliud quam duplex ani-  
 ma, quod est absurdum. Nullo

Minor supponitur ab omni-  
 bus communiter loquentibus et  
 posset probari, quia nulla co-  
 gnitio | superior est intellectiua *Z60ra*  
 nec aliqua est ea inferior nisi  
 sensitiua. Sensitiua autem non  
 est nisi in organo composito ex  
 contrariis, quod est corruptibili-  
 le, et ideo repugnat angelo cum  
 sit incorruptibilis. Nullam ergo  
 cognitionem habet angelus nisi  
 intellectiuam.

Et hec fuit minor.

Maiores probatur, quia, cum  
 materia sit propter formam, ut  
 dicitur II *PHYSICORUM*, for-  
 ma numquam unitur materie nisi  
 indigeat ea quoad esse uel quoad  
 operari. Forma autem angeli, si  
 qua esset ut pars, non indigeret  
 materia quoad esse, nisi poneretur  
 angelus corruptibilis, ut prius  
 dictum est, nec quoad operari,  
 quia operatio intellectiua que *V168va*  
 est propria angeli | non indiget *F94va*  
 materia ut subiecto, quia hoc

*Mu125ra* ergo modo possunt ille due ma-  
*D83rb* terie esse eiusdem | rationis.

*M205rb* Si autem dicatur quod sint al-  
 terius rationis preter hoc, quod  
 aliquibus uidetur inconueniens

*O<sub>2</sub>106v* ponere materias diuersarum ra-  
 tionum, <si utraque sit pura  
 potentia ad esse, pro eo quod in  
 pura potentia non est gradus, res  
 autem diuersarum rationum>  
 necessario sunt in diuersis gradi-  
 bus, quod adhuc est speciale in-  
 conueniens, quia ille materie non  
 sunt diuersarum rationum que  
 perficiuntur per eundem actum,  
 cum ratio potentie sumatur ex  
 actu; set iste perficiuntur eodem  
 actu, scilicet forma que est altera  
 pars anime; ergo non sunt diuer-  
 sarum rationum.

Et sic patet primum, scilicet  
 quod anima et multo minus an-  
 gelus non est composita ex mate-  
 ria et forma.

Et iste uidetur efficacior  
 modus probandi propositum  
 nostrum, quia secundum COM-  
 MENTATOREM si ignoraremus  
 naturam anime nostre, nullo  
 modo possemus deuenire in co-  
 gnitionem substantiarum sepa-  
 ratarum.

modo | nullum intelligere indi-  
 get materia uel corpore. Si autem 215  
 indigeret ea | ut obiecto, necesse  
 esset quod angelus haberet aliam  
 cognitionem inferiorem intellec-  
 tiua per quam | representaretur  
 sibi suum obiectum sicut per 220  
 fantasiam representatur intellec-  
 tui nostro obiectum; quare etc.

225

230

Et sic patet primum.

235

240

245

[A8] Circa secundum, scilicet an angelus sit compositus ex genere et differentia, notandum quod differt esse in genere et esse  
 250 compositum ex genere et differentia.

255

Ad hoc enim quod aliquid sit genus uel in genere, sufficit quod sit limitatum re et ratione. Genus enim uel esse in genere importat  
 260 quamdam limitationem etiam ex suo nomine. Vnde Deum, qui est illimitatus re, et ens in communi, quod est illimitatum ratione, nec dicimus esse genera nec esse in  
 265 genere. Istud autem non sufficit ad hoc quod aliquid sit compositum ex genere et differentia, set requiritur quod sit compositum ex partibus facientibus unum per  
 270 essentiam: in simplicibus enim siue substantiis siue accidentibus non est proprie differentia.

[B12] Quantum ad secundum, scilicet utrum angelus sit compositus ex genere et differentia, notandum est quod aliquid est circa hanc materiam clarum et aliquid dubium: clarum est quod angelus sit in genere; set dubium est | apud aliquos, *N73rb*  
 utrum sit compositus ex genere et differentia.

Ratio primi est ista, quia illud quod est limitatum re et ratione est in genere. Genus enim uel esse in genere importat quamdam limitationem etiam ex suo nomine. Ideo quod est illimitatum ratione, ut ens, non est in genere, set supra omne genus. Deus etiam, qui est illimitatus re, non est in genere, quia illud quod est in genere oportet quod includat solam perfectionem illius generis et per consequens non habeat perfectionem alterius generis nisi per aliquid sibi additum pertinens ad illud genus; alioquin, si per unum et idem haberet per-



*O<sub>2</sub>107r*

fectionem diuersorum generum,  
 qua ratione esset in uno genere,  
 esset in alio et sic ad nullum esset 275  
 limitatum. Cum igitur Deus per  
 unum et idem, scilicet per essen-  
 tiam suam, habeat quidquid est  
 perfectionis in omni genere, non  
 est limitatus ad aliquod genus. 280  
 Hiis autem exclusis, scilicet illi-  
 mitatione rationis et rei, neces-  
 se est quodcumque aliud | esse  
 in genere. Constat autem quod  
 angelus non est illimitatus ratio- 285  
 ne, ut ens, nec re, ut Deus; ergo  
 oportet quod sit in genere, et hoc  
 omnes concedunt.

[B13] Vtrum autem sit com-  
 positus ex genere et differentia, 290  
 duplex est modus dicendi. Vnus  
 est quod in solis compositis reali  
 compositione, que est ex materia  
 et forma, est dare proprie genus  
 et differentiam, in simplicibus 295  
 autem non.

[A9] Quod patet primo, quia  
*M205va* differentia predicatur de specie  
 in quale, sicut apparet ex ipsa  
 ratione differentie quam assignat  
 PORPHIRIVS et PHILOSOPHVS V

Quod probatur primo sic:  
 Differentia | predicatur de spe-  
 cie in quale, sicut apparet ex ipsa  
 ratione differentie quam assignat 300  
 PORPHIRIVS et PHILOSOPHVS V

Metaphisice; set illud quod  
dicit totam rei naturam nullo  
modo potest predicari in quale,  
305 set predicatur in quid; ergo dif-  
ferentia non dicit totum quid-  
quid dicit species, set partem;  
hoc autem non potest esse in  
simplicibus; ergo in simplicibus  
310 non est dare differentiam.

[A10] Secundo quia, quando  
315 conceptus sunt eiusdem rei sim-  
pliciter et eque determinati sub  
indeterminato conceptu generis,  
qua ratione unus eorum esset  
conceptus speciei, eadem ratione  
320 et illius; set in simplicibus con-  
ceptus speciei et differentie con-  
stituentis speciem, si qua esset,  
essent eiusdem rei omnino nec  
differrent ut totum et pars, essent  
325 etiam eque determinati; ergo qua  
ratione unus esset conceptus spe-  
ciei, eadem ratione et alius, et ita  
differentia iam non esset diffe-  
rentia, set species; quare etc.

Metaphisice; set illud quod  
dicit totam rei naturam nullo  
modo potest predicari in quale,  
set solum in quid; ergo differen-  
tia non dicit totam rei naturam.  
Et cum dicat aliquid, necesse est  
quod dicat partem. Hoc autem  
non potest esse in simplicibus,  
in quibus non est dare partem et  
partem; ergo in simplicibus, puta  
in angelo, non est dare differen-  
tiam.

[B14] Secundo sic: Quando  
conceptus aliqui sunt eiusdem  
rei simpliciter et eque determi-  
nati sub indeterminato conceptu  
generis, qua ratione unus esset  
conceptus speciei, eadem ratione  
et alius, eo quod non est diffe-  
rentia ex parte rei nec ex parte de-  
terminationis; set in simplicibus  
conceptus speciei et differentie  
constituentis speciem, si qua es-  
set, essent omnino eiusdem rei,  
nec differrent ut totum et pars,  
essent etiam eque determinati,  
quia | ultima differentia et spe-  
cies conuertuntur; ergo qua ra-

*A56va* [A11] Tertio, quia in compositis aliud est quod differt et quo differt, quod constituitur et quo constituitur. Simplicia autem se ipsis constituuntur et se ipsis differunt. Cum igitur differentia sit qua species sub genere constituitur et ab alia specie distinguitur, patet quod differentia in compositis habet locum, non autem in simplicibus. In huius signum: nullus umquam assignavit per se differentias accidentium nec assignavit diffinitionem que est ex genere et differentia, nisi substantiis compositis. Ex hoc apparet secundum propositum, quod angelus licet sit in genere, quia limitatus est re et ratione, *F94vb* tamen non est proprie compositus ex genere et differentia, cum sit substantia simpliciter.

tione unus esset conceptus speciei, eadem ratione et alius; et ita differentia iam non esset differentia, set species; ergo etc.

[B15] Tertio, quia illud quod habet genus et differentiam potest habere perfectam et ueram diffinitionem sine additamento, quia genus et differentia dicunt perfecte essentiam rei; set si in simplicibus esset genus et differentia, accidentia haberent genus et differentiam; ergo possent habere ueram et perfectam diffinitionem datam sine additamento, quod non est uerum, ut patet ex VII Metaphisice; quare etc.

[B16] Alius modus est quod angelus et omne quod est per se in genere habet genus et differentiam. Cuius ratio est, quia de quocumque possunt formari duo conceptus, | unus indeterminatiuus et communis, alius specialis et determinatiuus prioris, ibi possunt inueniri genus et differentia, quia genus tamquam quid

- 360 indeterminatum contrahitur | ad *M205vb*  
speciem per | differentiam de- *Z60rb*  
terminantem; set in angelis est  
dare tales duos conceptus, utpote  
quod angelus est substantia in-  
tellectualis et item quod habet  
talem gradum intellectualitatis  
365 et actualitatis, et iste secundus  
conceptus determinat primum;  
ergo in angelo est ponere genus  
et differentiam. Et hec opinio est  
communior, nescio si | uerior. *O<sub>2</sub>108r*
- 370 [A12] Ad primum argumen-  
tum dicendum quod compositio  
materie cum forma prior est  
compositione subiecti cum ac-  
cidente in eodem, quia materia  
375 non recipit <formam> accidenta-  
lem nisi recepta prius forma sub-  
stantiali simpliciter, aut compositio  
subiecti cum accidente prior  
<est> compositione ex materia  
380 et forma. Non enim sunt aliqua  
magis uel minus composita per
- [B17] Ad primum argumen-  
tum dicendum quod illa diuisio  
substantie in materiam, formam  
et compositum est diuisio sub-  
stantie naturalis et transmutabi-  
lis, quia per transmutationem illa  
tria innotescunt: materia quidem  
ut subiectum, forma ut terminus  
et compositum quod resultat ex  
hoc quod per transmutationem  
| forma fit in materia; set sub- *N73va*  
stantia absolute accepta prout

maiolem uel minorem accessum ad aliquid summe compositum, set per maiolem uel minorem recessum ab eo quod est summe simplex. Et ideo minima compositio est prima, qualis est illa que est subiecti et accidentis, summa autem compositio est postrema, qualis est illa que est ex materia et forma substantiali. Vnde ubicumque est hec posterior, est et illa prior et non econuerso.

[A13] Ad secundum dicendum quod *inter ens actu et nichil potest materia* seu ens in potentia *habere rationem medii dupliciter. Vno modo secundum ordinem compositionis et resolutionis; et hoc modo materia est medium inter ens materiale compositum et nichil, et tale ens actu est compositum ex materia et natum resolui in materiam (sic autem materia non est medium inter angelum et nichil). Alio modo potest materia* uel ens in potentia habere rationem medii inter ens et nichil secundum dignitatem; et sic non solum materia, set omnia que

consideratur a metaphisico non comprehenditur sub illis membris, quia est dare substantiam simplicem per se subsistentem, 385 que non est pars alterius nec ex alteris composita, ut probatur XII *Metaphisice*, et talis est angelus.

390

[B18] Ad secundum argumentum patet per idem. Opinio 395 tamen que in secundo articulo recitata est primo hoc concederet.

400

405

410

sunt inter materiam primam et angelum sunt media, ex quibus tamen non oportet angelum esse compositum.

415 [A14] Ad tertium dicendum quod non oportet omne quod est per se in genere substantie esse compositum, ut apparet ex hiis que in corpore solutionis  
420 dicta sunt, nec materia et forma propter hoc quod sunt simplicia, excluduntur, ne sint per se in genere substantie, set quia non sunt entia completa set partes entis  
425 completi. Ens autem simpliciter ut angelus, cum sit aliquid in se completum, est per se in genere, licet proprie non sit compositus ex genere et differentia.

430

[B19] Ad tertium dicendum quod AVGVSTINVS frequenter uidetur sequi opinionem illorum qui posuerunt angelos habere corpora et per consequens oportet quod dicat angelos compositos ex materia non ex intentione hoc asserendo, set secundum opinionem aliorum loquendo; uel potest dici quod accipit largissime materiam omne quod est in potentia ad aliud, et hoc modo non tantum materia corporalium, set quidditas substantiarum spiritualium nomine materie continetur.

## &lt;QUESTIO SECVNDA

## VTRVM PERSONALITAS SEV INDIIVIDVATIO COMPETAT ANGELIS&gt;

<i>D83va</i>	[A1] Circa secundum sic proceditur. Et uidetur quod personalitas seu indiuiduatio non competat angelis, quia forma indiuiduatur per hoc quod recipitur in materia signata; set angelus est forma subsistens per se absque materia; ergo ei non conuenit esse indiuiduum.	<i>deest</i> 3
	[A2] Item PLATO formas quas posuit separatas dixit esse uniuersales; set angeli sunt forme a materia separate; ergo etc.	5
	[A3] In oppositum est, quia actiones sunt singularium; set angeli aliqua agunt; ergo etc.	10
<i>O,48v</i>	[A4] Item secundum BOETIVM   <i>quidquid est, ideo est, quia unum numero est.</i>	
<i>V168vb</i>	[A5] Responsio. Huic questioni premitendum est unum, scilicet quod hec indiuiduum,   suppositum et persona aliquo modo sunt idem, et aliquo modo differunt. Quelibet enim natura singularis, in quocumque genere sit, potest dici indiuidua; suppositum autem non dicitur nisi natura singularis in predicamento substantie, nec quecumque talis, set solum completa; persona autem dicitur illud idem in natura intellectuali solum;	15
	igitur omnis persona est suppositum, et omne suppositum est indiuiduum, set non omne indiuiduum est suppositum nec omne suppositum est persona.	20
	[A6] Nunc ergo tractabitur questio secundum illud quod conueniens est, scilicet quid sit principium indiuiduationis tam in materialibus quam in immaterialibus. Et sunt de hoc due opiniones.	25

Prima est quod materia est primum et per se principium  
 indiuiduationis in habentibus materiam. Cuius ratio est, quia  
 30 illud quod de se est indiuiduum uidetur aliis esse causa indiui-  
 duationis; set in materialibus sola materia est de se indiuidua;  
 ergo etc.

Maiores patet, quia quod secundum se est tale, puta calidum,  
 uidetur aliis esse causa caliditatis. Et similiter in proposito no-  
 35 stro, illud secundum se est indiuiduum quod de se est aptum  
*natum non esse in multis* per oppositum ad uniuersale quod est  
 aptum natum esse in multis. Set sola materia in rebus habenti-  
 bus materiam est huiusmodi: Ipsa enim sola (ex hoc quod est  
 primum subiectum) habet quod non sit in alio, set alia sint in  
 40 ipsa; ergo ipsa de se est indiuidua, | alia autem indiuiduantur  
 quatinus recipiuntur in ipsa sicut forma substantialis et acci-  
 dentalis. Per eandem rationem forma que in alio non recipitur,  
 ut angelus, secundum se est indiuidua et una numero, nec est  
 huius alia causa querenda, cum predicatum claudatur in ratione  
 45 subiecti.

[A7] Qui sic dicunt, falluntur equiuocatione. Non esse enim  
 in aliquo uno uel pluribus multipliciter dicitur, sicut esse in ali-  
 quo dicitur multipliciter. Esse enim in aliquo est dupliciter. Vno  
 modo per inherenciam, ut albedo est in corpore. Alio modo per  
 50 ydemptitatem et essentialem predicationem, ut homo in Sorte.  
 Esse in pluribus primo modo, scilicet per inherenciam, non est  
 de ratione uniuersalis, tum quia homo et substantie complete,  
 que non habent esse in alio per inherenciam, non possent habere  
 rationem uniuersalis generis aut speciei, et sic periret predica-  
 55 mentum substantie in quo sunt per se substantie complete; tum

deest B

O,49r



quia, si esse in multis per inherentiam esset de ratione uniuersalis, esse in uno solo esset de ratione indiuidui et singularis. Et sic materia, cum in nullo sit per inherentiam, nec uno nec pluribus, non posset habere rationem uniuersalis aut singularis, cuius oppositum assumunt. Relinquitur ergo quod esse uel non esse in aliquo uno uel pluribus per inherentiam nichil facit per se ad hoc quod aliquid sit uniuersale uel indiuiduum seu singulare.

*O,49v* Ex quo tamen sensu | procedit hec opinio. Esse autem pluribus per realem ydemptitatem et dici de pluribus per predicationem essentialem est de ratione uniuersalis: Sic enim *uniuersale est unum in multis et de multis* et per oppositum indiuiduum uel singulare est in uno solo et dicitur de uno solo. Isto autem modo non plus conuenit materie esse in uno solo nec plus repugnat ei esse in pluribus et dici de pluribus quam forme. Sicut enim forma, ut albedo, dicitur de hac et illa, sic materia dicitur de hac et illa et est in illis per modum quo uniuersale est in suis singularibus. Patet ergo quod hec opinio procedit in equiuoco.

[A8] Alia est opinio quod in materialibus quantitas est principium indiuiduationis, substantie uero separate se ipsis indiuiduantur. Primum patet sic: Per illud constituitur aliquid in esse indiuidui per quod distinguitur ab alio indiuiduo eiusdem speciei, sicut per idem constituitur aliquid in specie et differt ab eis que sunt alterius speciei; set unum indiuiduum differt ab alio eiusdem speciei primo per quantitatem; ergo quantitas est primum principium indiuiduationis.

Maiores patet, set minor probatur, quia duo indiuidua eiusdem speciei non differunt in quidditate seu natura communi, set ma-

*deest* 38

60

65

70

75

80

gis conueniunt, et per consequens non differunt per materiam  
 et formam absolute, quia hee sunt partes quidditatis communis  
 85 et ponuntur in diffinitione, | differunt autem per hanc formam  
 et hanc | materiam; set forma non est hec, nisi quia recipitur in  
 materia signata; materia autem signatur per quantitatem; ergo  
 per quantitatem primo differunt indiuidua eiusdem speciei: ipsa  
 igitur est primum principium indiuiduationis. Et confirmatur,  
 90 quia per illud indiuiduatur forma per quod habet quod non sit  
 pluribus communicabilis; set hoc habet ex eo quod recipitur in  
 materia signata dimensionibus determinatis; ergo etc.

Sicut autem forma materialis habet quod sit incommunica-  
 bilis per hoc quod recipitur in materia signata, sic forma uel  
 95 potentia substantie separate a materia se ipsis habent quod sint  
 incommunicabiles pluribus, et ideo se ipsis sunt singulares et  
 indiuidue.

[A9] Hec autem opinio defficit in se et in suis rationibus. In se,  
 quia dicit quantitatem esse primum principium indiuiduationis,  
 100 quia subiectum naturaliter prius est accidente; set compositum  
 ex materia et forma subiectum est quantitatis non solum secun-  
 dum rationem et intellectum, qui facit uniuersalitem in rebus,  
 set potius secundum esse in re extra, secundum quod unum-  
 quodque est singulare et unum numero; ergo compositum ex  
 105 materia et forma prius est hoc aliquid et unum numero saltem  
 ordine nature quam sit quantum; non ergo primum principium  
 indiuiduationis est quantitas, immo nec principium, cum se-  
 quatur substantiam iam indiuiduam existentem secundum or-  
 dinem nature. Et loquor de quantitate que inest rei facte, de qua  
 110 procedit et precedens opinio.

*deest B**D83vb**O,50r*

	[A10] Item quantitatem esse principium indiuiduationis	
<i>O,50v</i>	et signationis   materie aut intelligitur per se et intrinsece, ita quod quantitas sit de ratione indiuidui et materie signate, aut solum concomitatiue, quia indiuiduatio et signatio substantie concomitatur signationem quantitatis, tamen unum non est de ratione alterius.	<i>deest</i> 98 115
<i>V169ra</i>	Primum non potest dici,   quia sub natura communi est dare aliquod suppositum uel indiuiduum per se: non enim potest dici quod omnia sumit per accidens, cum <i>omne per accidens re-ducatur ad aliquod per se</i> ; set si quantitas esset intrinsece de ratione indiuidui uel materie signate, nullum esset suppositum per se, quia quodlibet includeret res diuersorum generum, ex quibus non potest fieri unum per se; quare etc. Sequeretur etiam igitur quod suppositum in materialibus (ut Sortes) non esset ens per se nec unum per se nec in predicamento substantie, set in duobus (ut homo albus); nec ista esset per se ‘Sortes est homo’, sicut nec ista ‘homo albus est homo’, nec esset aliqua generatio per se: generationes enim sunt singularium et non uniuersalium. Que omnia sunt inconuenientia.	120 125
	[A11] Si autem dicatur quod quantitas non sit de ratione indiuidui per se et intrinsece, set concomitatiue, scilicet quia non indiuiduatur substantia materialis nisi precedente indiuiduatione quantitatis, contra, quia aut illud intelligeretur de quantitate que manet cum substantia, aut de ea que precedit in generatione substantie in subiecto quod transmutatur ad formam. Non potest hoc intelligi de quantitate que manet in re facta, quia in	130 135
<i>O,51r</i>	omni   accidenti preintelligitur subiectum subsistens; set <i>quantitas accidens est</i> substantie; ergo ei preintelligitur substantia subsistens; hec autem est indiuidua et singularis; ergo etc.	

- 140 [A12] De quantitate autem que precedit in subiecto trans-  
 mutationis extimant quidam quod sit principium indiuiduationis,  
 quia illud est principium indiuiduationis per quod differt  
 indiuiduum ab indiuiduo; set hec est quantitas quoad fieri ante-  
 cedentis, licet non quoad esse et intrinsece; ergo etc.
- 145 Minor probatur, quia indiuiduum non differret ab indiuiduo  
 in eadem specie, nisi contingeret ea plura esse. Ad hoc autem  
 preexigitur quantitas, quia materia non posset suscipere diuer-  
 sas formas eiusdem rationis nec simul nec successiue nisi me-  
 diante quantitate secundum medium in transmutatione, non  
 150 secundum medium in esse subiectum forme. Nam sicut esse sub  
 forma sanguinis dat sibi specialem potentiam ad specialem for-  
 mam in transmutari, ita esse sub quantitate dat sibi generalem  
 potentiam respectu plurium formarum recipiendarum simul uel  
 successiue.
- 155 [A13] Set istud non uidetur, quia aliud est principium indi-  
 uiduationis, aliud est causa et principium quare materia potest  
 esse sub pluribus formis. Esto enim quod materia non posset  
 esse nisi sub una forma nec simul nec successiue, nichilominus  
 adhuc esset dare indiuiduum in illa natura; non enim coexisteret  
 160 uniuersaliter, set singulariter. Licet ergo quantitas precedens in  
 subiecto quod transmutatur sit causa plurificationis indiuiduo-  
 rum sub | eadem specie in hiis dumtaxat que per agens natu-  
 rale producuntur, quia in aliis forte non est uerum, tamen non  
 propter hoc est principium indiuiduationis, quia accidit indi-  
 165 uiduo inquantum huiusmodi quod sub eadem natura sit aliud  
 indiuiduum cum quo conueniat uel a quo differat. | Verum est  
 quod, ubi contingit esse plura indiuidua sub una specie, per  
 illud differt unum ab alio per quo constituitur in se ipso, set  
 non conuertatur, ut omne illud sit de constitutione indiuidui,

*deest B**O,51v**D84ra*

etiam antecedenter et non intrinsece, quod requiritur ad hoc ut differat ab alio indiuiduo sub eadem specie, quia ad hoc preexistitur illud quod est causa multiplicationis, sine quo tamen uere maneret ratio indiuiduationis. Sic igitur defficit hec opinio in se. Defficit etiam in suis rationibus, ut patebit soluendo eas in fine.

[A14] Dicendum ergo quod nichil est principium indiuiduationis nisi quod est principium nature et quidditatis. Quod apparet primo sic: Eorum que sunt idem inquantum huiusmodi sunt eadem principia; set natura uniuersalis et indiuidua seu singularis sunt idem secundum rem, differunt autem solum secundum rationem, quia quod dicit species indeterminate, indiuiduum dicit determinate, quia determinatio et indeterminationo sunt secundum esse et intelligi. Vniuersale enim est solum secundum conceptum, singulare uero est unum secundum esse reale. Nam sicut actio intellectus facit uniuersale, sic actio agentis naturalis terminatur ad singulare; ergo eadem principia  
*O,52r* | secundum rem et diuersa solum secundum rationem sunt quidditatis et indiuidui.

[A15] Secundo, quia illud quod conuertitur cum ente et de eisdem predicatur non dicit aliquid additum super ea de quibus dicitur; set esse indiuiduum conuertitur cum ente accepto secundum esse reale (nichil enim existit in re extra nisi indiuiduum); ergo esse indiuiduum non conuenit alicui per aliquid sibi additum, set per illud quod est. Per quid ergo est Sortes indiuiduum? Per id quod est existens, et hoc sunt extrinsece finis et agens, cuius est productum singulare, sicut et ipsum est (sicut enim actiones sunt singularium, ita ad singularia terminantur), intrinsece autem sunt hec materia et hec forma.

*deest* 23

175

180

185

190

195

Quod si queras per quid forma est hec, dico quod per illud  
 per quod est in re extra et hoc est extrinsece agens, materia autem  
 200 concomitatiue in quantum forma pure materialis sine materia  
 non existeret. Idem dico de materia nisi quod sua indiuiduatio  
 plus dependet a forma quam econuerso, quia forma magis est ra-  
 tio essendi materie quam econuerso. Substantie autem separate  
 nullo alio intrinsece indiuiduantur nisi se ipsis. Et est hoc intel-  
 205 ligendum quod, si natura communis pluribus suppositis esset in  
 eis una secundum rem quemadmodum in diuinis, tunc oporteret  
 preter naturam communem et eius principia querere aliud quod  
 esset principium constituendi suppositum, quemadmodum in  
 diuinis relatio, eo quod in natura communi non differunt sup-  
 210 posita. Set nunc, cum natura communis in diuersis indiuiduis sit  
 solum una secundum rationem et diuersa secundum rem, non  
 oportet | preter naturam et principia nature querere alia princi-  
 pia indiuidui, set eadem ut sunt existentia, sicut natura com-  
 munis et indiuiduum solum differunt ut concepta et existens.  
 215 [A16] Ex hoc apparet responsio ad rationes alterius opinio-  
 nis. Quod enim primo dicitur quod indiuidua eiusdem speciei  
 non differunt in quidditate uel natura communi, uerum est, si  
 accipietur secundum absolutam eius rationem, set in ea sic ac-  
 cepta conueniunt. Que tamen conuenientia solum est secun-  
 220 dum rationem, sicut et unitas nature secundum speciem est so-  
 lum unitas rationis. Set in natura et quidditate accepta secun-  
 dum realem existentiam differunt et in principiis nature consi-  
 militer acceptis. Et hee sunt hec materia et hec forma.

Et quod subditur quod forma non est hec, nisi quia recipitur  
 225 in materia signata, materia autem non signatur nisi per quanti-

*deest B**O<sub>1</sub>52v**V169rb*

tatem, falsum est. Nam forma per se ipsam intrinsece est hec et non per hoc quod recipitur in materia, nisi concomitatiue, quia quod sit hec, non habet nisi a materia, nisi sit forma separabilis ut anima. Signatio etiam materie, qua dicitur hec, non est per quantitatem, set competit ei per aliquid sui generis, sicut quod sit ens et unum. Signatio uero qua dicitur tanta, puta bicubita uel tricubita, bene competit materie per quantitatem. Set hec signatio non facit eam indiuiduam, set supponit.

[A17] Ad secundum patet per idem.

[A18] Et similiter ad primum principale.

[A19] Ad aliud dicendum quod PLATO errauit, si intellexit formas separatas esse uniuersales predicatione, preter errorem qui est in ponendo separatas esse a rebus. | Et quantum ad hoc reprobatur ab ARISTOTILE in pluribus locis.

deest 3

230

235

### <QUESTIO TERTIA

#### VTRVM PLVRES ANGELI POSSINT ESSE SVB VNA SPECIE>

[A1] Deinde queritur utrum plures angeli possint esse sub una specie. Et uidetur quod sic, quia *de ratione speciei est quod predicetur de pluribus differentibus numero, actu uel saltem aptitudine*; set angeli sunt in genere et specie; ergo in eis sunt uel esse possunt plures eiusdem speciei. Maior patet ex diffinitione speciei quam ponit PORPHIRIVS, | et propter aliud, quia ad plura se extendit conceptus uniuersalis quam singularis; hoc non esset, nisi conceptus uniuersalis esset plurium secundum actum uel aptitudinem; minor de se manifesta est; ergo etc.

deest 3

5

10

O,53r

D84rb

[A2] Item Deus potest annihilare aliquem angelum qui, ut aduersarius dicit, solus est in illa specie. Speciem autem illam constat quod Deus potest reparare creando aliquem angelum sub ea, sicut a principio fecit; set non uidetur necessarium quod reparando speciem iterato recreet angelum annihilatum, nec forte est possibile reparare; ergo creando alium angelum; ergo saltem successiue possunt esse plures angeli sub una specie. Per eandem rationem, ut uidetur, possunt esse plures simul, cum non habeant inter se oppositionem impediendam nec successio-  
 15  
 20 nis necessarium ordinem.

[A3] In contrarium arguitur, quia differentia secundum formam est differentia secundum speciem; set duo angeli, cum non habeant materiam, differunt necessario secundum formas; ergo  
 25 necessario differunt secundum speciem; set ea que differunt secundum speciem esse sub eadem specie implicat | contradic-  
 30 tionem; ergo etc.

[A4] Item *Deus et natura nichil faciunt frustra*, ut habetur I Celi et mundi; set si essent plures angeli in eadem specie, essent frustra; ergo etc.

Minor probatur, quia plurificatio indiuiduorum sub una specie est propter conseruationem speciei; set in incorruptibilibus, quales sunt angeli, species potest in unico semper conseruari; ergo frustra fierent plura indiuidua sub tali specie.

35 [A5] Responsio. Hic est unum preintelligendum, scilicet quod, quando effectus dependet solum ex una causa, tota possibilitas uel impossibilitas illius effectus dependet ex condicione et

deest 38

O,53v



possibilitate cause. Entitas autem angelorum, et per consequens unitas et pluralitas, immediate et solum dependent a causa prima, et ideo tota possibilitas unitatis et pluralitatis angelorum in una specie arguenda est ex natura potentie diuine. Potentia autem diuina se extendit ad omne illud quod non implicat contradictionem, ut ostensum est in primo libro, et ideo inquirendum est utrum plures angelos esse sub eadem specie implicet contradictionem.

[A6] Et dicunt aliqui quod sic, per rationem que tacta est in opponendo, scilicet quod differentia secundum formam est differentia secundum speciem. Quam alii sic confirmant: *licet differentia secundum formam, quando non accipitur secundum absolutam rationem forme, set secundum quod hec forma, non faciat differentiam specificam, tamen, quando accipitur secundum absolutam rationem forme, facit differentiam specificam. Illud enim a quo differt linea secundum absolutam rationem linee oportet esse non lineam; set differentia formarum totaliter separatarum a materia, ut sunt angeli, solum potest esse secundum absolutam rationem forme; ergo etc.*

*O<sub>154r</sub>* Probatio minoris. | *Omnis forma continens sub se multa habet quamdam latitudinem, que potest esse dupliciter, uel secundum diuersos gradus formales, quorum unus secundum se est nobilior et perfectior altero, et hec est latitudo generis, sub quo sunt diuersi gradus specifici et formales sumpti secundum absolutam rationem forme. Alio modo sumitur hec latitudo secundum plurificationem numeralem in eodem gradu. Prima latitudo conuenit formis secundum suam rationem absolute acceptam, set secunda non potest eis hoc modo conuenire: faceret enim differentiam specificam. Et ideo oportet quod forma cui conuenit hec latitudo*

deest 23

40

45

50

55

60

65

includat uel *importet aliquid* quod sit extra absolutam rationem forme, et illud est aliqua imperfectio et potentialitas. Sic enim plurificari uidetur esse imperfectionis et potentialitatis.

- 70 Nam *forma que est actus purus non potest plurificari. In formis autem*, ut dicunt isti, non potest esse nisi duplex imperfectio: una quantum ad gradus formales, *secundum quod una est in gradu formali inferiori quam alia*; | alia inquantum forma *nata est habere rationem partis secundum rem, sicut forma substantialis uel*
- 75 *accidentalis pars est compositi uel sicut quantitas minor nata est esse pars quantitatis maioris. Et ista potentialitas per quam forma nata est esse pars compositi dat anime et cuilibet forme substantiali et accidentali quamdam latitudinem*, ut possint plurificari numero *secundum eundem gradum*, etiam dato quod *non informant actu*
- 80 *subiectum. Et quia essentia angeli* | non est forma que sit uel *esse possit pars alicuius compositi, ideo in angelis non potest accipi differentia nisi secundum absolutam rationem forme*, que facit differre secundum speciem.

- [A7] Ad querendum utrum hec uera sint, inuestigandum est
- 85 primo quid sit principium multiplicationis indiuiduorum sub una specie, secundo quibus formis conuenit latitudo que est ratio sue plurificationis.

- Quantum ad primum inquirendum est an quantitas sit principium talis multiplicationis. Et est sciendum quod in materialibus in quibus natum est plura contineri sub una specie, si natura speciei esset prius una secundum numerum et postmodum diuideretur in plura secundum numerum, quemadmodum lignum continuum diuiditur in plura ligna quorum quodlibet est hoc lignum, nullus dubitaret quantitatem esse principium huius
- 95 plurificationis, cum ratio quanti sit | quod diuidatur *in ea que insunt*, ut dicitur V *Metaphisice*. Set non sic diuiditur natura communis in indiuidua tamquam prius sit una secundum rem, set solum secundum rationem, immo nec proprie diuiditur

deest B

V169va

O,54v

D84va

in plura indiuidua, set potius unitas eius ex pluribus indiuiduis colligitur per actum intellectus, qui facit uniuersalitem in rebus. Vnde differt hec diuisio ab illa in tribus. Primum est, quia quantum est unum secundum rem, species autem solum secundum rationem. Secundum est, quia partes quanti diuisi sunt per se partes integrales, | et non subiectiue, nec recipiunt predicationem eius quod in ipsa diuiditur. Non enim partes ligni sunt illud lignum quod in ipsas diuiditur diuisione quantitatiua. Et licet quelibet pars ligni dicatur lignum, tunc tamen non est predicatio totius quantitatiui de suis partibus, set totius uniuersalis, quod est unius rationis in toto quantitatio et suis partibus homogeneis. Vnde et in etherogeneis non est similis predicatio, licet sit uniuersalis diuisio. Indiuidua autem sunt partes subiectiue speciei, et nullo modo integrales, propter quod in omni materia quodlibet indiuiduum recipit predicationem speciei. Tertium in quo differunt est, quia in diuisione quantitatiua ex reali unitate precedente consurgit multitudo, set hic econtrario ex reali multitudine ente uel possibili in indiuiduis consurgit per actum intellectus unitas speciei. Vniuersale enim aut nichil est aut posterius est, ut dicitur I De anima. Verum est quod postquam formatus est conceptus speciei, iterato diuidi potest in pluralitatem indiuiduorum, et sic unitas precedit pluralitatem. Set simpliciter prima formatio unitatis speciei consequitur pluralitatem. Cum igitur ualde sit diuisio quanti a diuisione speciei, patet quod quantitas non est causa plurificationis indiuiduorum sub specie hoc modo.

[A8] Est autem alius modus qui tactus est in precedente questione, scilicet quod quantitas est causa plurificationis indiui-

*deest* 23

100

105

110

115

120

125

duorum sub specie in materialibus, non quod diuisio speciei  
 in indiuidua | sit diuisio unius quanti secundum rem in plura,  
 set quia materia, que est altera pars indiuidui in materialibus,  
 130 non posset plures formas recipere nisi mediante quantitate, non  
 secundum medium in esse subiectum forme, set secundum me-  
 dium in transmutari uel in fieri, ut expositum fuit.

[A9] Set istud non ualet. Primo, quia per eandem rationem  
 quantitas esset principium plurificationis secundum speciem,  
 135 quia, sicut due forme eiusdem rationis non recipiuntur in ma-  
 teria nisi per quantitatem diuisam, si tamen diuisio facta est ex  
 uno secundum rem, ita nec plures forme diuersarum rationum  
 possunt recipi simul, nisi in materia eodem modo diuisa; set  
 propter hoc non ponitur quod quantitas sit causa pluralitatis  
 140 secundum speciem; ergo nec propter hoc est ponendum quod  
 sit causa pluralitatis secundum numerum.

[A10] Item licet diuerse forme coexigant diuersas partes ma-  
 terie in quibus sint, non oportet tamen quod illud sit causa plu-  
 rificationis forme quod est causa diuisionis materie, quia non  
 145 ex hoc sunt forme diuerse, quia recipiuntur in diuersis partibus  
 materie, set econuerso, quia forme diuerse sunt. Ideo diuersas  
 partes materie requirunt in quibus recipiant, cui tamen recep-  
 tioni preintelligitur diuersitas formarum. Cum igitur principa-  
 lior pars rei sit forma, cuius multiplicationis causa non reddi-  
 150 tur, manifestum est quod insufficienter assignatur principium  
 pluralitatis indiuiduorum sub specie ex sola pluralitate partium  
 materie per quantitatem.

[A11] Item licet pluralitas partium materie sit per quanti-  
 tatem, quando fit diuisio ex uno secundum rem, tamen non  
 155 est necesse omnem pluralitatem materie esse talem. Nam a |  
 principio producte fuerunt diuerse forme eiusdem speciei et  
 diuersarum in pluribus partibus materie, cuius pluralitatis causa  
 non fuit quantitas nec in fieri nec in esse, et eodem modo pos-

*deest B**O<sub>1</sub>55v**O<sub>1</sub>56r*

	set nunc fieri, licet non ab agente naturali, quod materiam non producit, set supponit; non solum ergo insufficienter assignatur	<i>deest</i> 23
<i>V169vb</i>	causa multiplicationis indiuiduorum, quia de   multiplicatione forme nichil dicitur, set etiam quia causa pluralitatis partium materie non uniuersaliter redditur: potest enim aliter plurificari quam per quantitatem.	160
	[A12] Item licet plures forme simul existentes requirant plures partes materie in quibus sint, tamen plures forme tam eiusdem quam diuersarum rationum possunt successiue esse in eadem parte materie. Quamuis ergo pluralitas indiuiduorum simul existentium concausam habeat diuisionem materie per quantitatem et hoc solum respectu agentis naturalis, tamen pluralitas indiuiduorum non simul existentium in nullo habet hoc pro causa uel concausa. Patet igitur quod ualde insufficientis est predicta opinio.	165
	[A13] Dicendum est aliter quod causa principalis et intrinseca suscipiendi magis   et minus est latitudo forme quam habet ex natura sua et non ex aliquo adiuncto, ratione cuius potest inueniri in gradu perfectiori uel minus perfecto. Quod autem actu inueniatur perfectior uel minus perfecta, possunt esse cause uarie extrinsece, tamen sicut uaria dispositio subiecti uel uaria uirtus agentis, sic causa intrinseca et principalis quod aliqua forma	170
<i>D84vb</i>	plurificabilis sit est latitudo sue nature, ratione cuius conuenit   ei ut possit inueniri non solum in uno, set in pluribus secundum numerum, sicut bene dicit opinio prius tacta. Quod hec possibilitas ad actum reducatur, possunt esse cause uarie extrinsece uel concause. Quod autem ita sit, patet, quia illa sine quibus effectus esse potest et manere non sunt eius cause intrinsece, set extrinsece, uel solum concause; set omnis forma plurificabilis secundum numerum potest manere plurificata absque quantitate	175
<i>O,56v</i>		180
		185

et materia uel naturaliter, ut uidemus de animabus, uel supernaturaliter, ut in aliis formis que uirtute diuina, ut puto, possunt a materia et quantitate separari; ergo diuisio materie uel quantitatis non est causa intrinseca multiplicationis forme, set hec est sola natura eius ex quacumque talem latitudinem, ut possit in pluribus reperiri. Potest tamen diuisio materie per quantitatem  
 190  
 195  
 200  
 quandocumque esse concausa in hiis que producuntur per agens naturale uel diuisio materie sine quantitate in hiis que creantur. Oportet enim quod per pluralitatem formarum communicetur pluralitas partium materie in quibus recipiantur, tamen sola causa intrinseca est natura forme cui non repugnat in pluribus  
 200  
 205  
 210  
 reperiri, ut dictum est. Et hoc est primum propositum, scilicet quid sit principium multiplicationis indiuiduorum sub una specie, quia scilicet hec est latitudo forme qualis dicta est quam non habet ab alio nisi ab agente generante aut create.

[A14] Quibus autem formis potest hec latitudo conuenire,  
 205  
 210  
 215  
 utrum omnibus | uel solum illis que possunt habere rationem partis realis, ut dicit precedens opinio, potest probabiliter teneri quod talis latitudo conuenit omni nature create tam materie quam forme substantiali et accidentali necnon et substantiis a materia separatis. Et de materia quidem et formis materialibus  
 210  
 215  
 hec omnes concedunt et clare uidemus earum multiplicationem numeralem sub eadem specie.

[A15] De substantiis autem separatis patet idem ratione et auctoritate. Ratio talis est: Omnis natura que producitur ab agente actione iterabili potest plurificari secundum numerum;  
 215  
 set omnis natura creata est huiusmodi, etiam substantie separate; ergo etc. Maior patet, quia sicut agens una actione producit

*deest B**O,57r*

	<p>unum, ita pluribus plura, propter quod sicut actio est iterabilis, sic et terminus actionis. Minor probatur, quia omnis actio que uoluntarie potest interrumpi manente uirtute actiua, que est principium actionis, potest iterari maxime, si tota actio et productum per actionem dependeant ex sola uirtute producentis. In hiis enim tota possibilitas, unitas et pluralitas actionis et producti est ex uirtute producente. Et hec est causa quare non potest in diuinis esse nisi unus filius, quia actio qua producitur nec potest interrumpi nec iterari; set actio qua Deus producit quascumque creaturas, maxime autem substantias separatas, uoluntarie potest interrumpi; in eis etiam tota actio et   productum</p>	deest 38
O,57v	<p>dependent ex sola uirtute producentis; ergo talis actio potest iterari. Et hec fuit minor. Sequitur ergo conclusio, scilicet quod omnis creatura, maxime autem substantie separate, possunt plurificari secundum numerum.</p>	220
	<p>[A16] Ad idem est auctoritas beati AVGVSTINI III De libero arbitrio ubi, loquens de peccato angelorum, supposito quod omnes peccassent, dicit sic: Nec <i>bonitas eius</i>, idest Dei, <i>quasi aliquo tedio</i>, nec <i>omnipotentia difficultate defficeret</i> in creando <i>alios, quos in eis sedibus collocaret</i>, idest in eisdem gradibus gratie, et per consequens nature, cum angeli receperunt gratuita secundum naturalia, <i>quas alii peccando deseruissent</i>. Argumenta pro ista parte concedenda sunt.</p>	225
	<p>[A17] Ad primum argumentum in oppositum, quod est fundamentum alterius opinionis, cum dicitur quod omnis differentia secundum formam est differentia secundum speciem, dicendum quod falsum est, quia breuiter nulla differentia est nisi per formam. Per materiam enim, que est pura potentia, res</p>	230
		235
		240

245 non possunt ab inuicem differre, neque separate a materia, cum  
materiam non habeant, neque materiales. Cuius ratio est, quia  
differre supponit esse; set per materiam nichil habet esse, set  
tantum per formam. Quelibet enim res composita ex materia  
et forma per materiam quidem habet quod possit esse, set per  
250 formam habet quod sit; ergo nulla differentia est per materiam.  
Quecumque ergo differunt et qualitercumque totum est per for-  
mam in habentibus formam et materiam. In hiis autem quorum  
aliud est sine materia, aliud autem habet materiam, | potest esse  
| differentia penes materiam secundum affirmationem et nega-  
255 tionem, quia unum habet et aliud non | habet, set in habentibus  
materiam tenet id quod dictum est. Qualiter autem secundum  
eamdem formam sit differentia numeralis specifica et secundum  
genus, dicendum quod eadem forma, ut hec albedo, differt  
solo numero ab alia albedine secundum hoc quod competit ei  
260 ratione sue existentie, licet secundum absolutam rationem al-  
bedinis differt specie a nigredine, secundum differentiam illius  
apparentis, a quo sumitur ratio generis, differt ab alio genere.  
Omnis tamen differentia, siue secundum numerum siue secun-  
dum speciem siue secundum genus, est ratione forme. Et hoc  
265 quidem concedit ratio adducta in oppositum. Set addit quod in  
substantiis separatis non potest esse differentia nisi secundum  
absolutam rationem forme, et ita secundum speciem, quod uti-  
que negandum est. Et cum probatur, quia latitudo per quam  
competit forme quod possit multiplicari secundum numerum,  
270 pertinet ad imperfectionem et potentialitatem per quam conue-  
nit forme ut possit esse realis pars alicuius totius, dicendum quod  
non est uerum, immo illa imperfectio et potentialitas est qua

*deest* 23*V170ra**D85ra**O,58r*



forma est productibilis ab altero actione iterabili, ut dictum fuit in corpore solutionis.

[A18] Ad secundum dicendum quod, licet conseruatio speciei sit quedam causa propter quam plurificantur indiuidua sub specie, non tamen est tota causa, quia tunc non multiplicarentur ultra quam necesse esset speciem conseruari, quod non est uerum: plurificantur ergo propter multas alias utilitates, quas *O<sub>1</sub>58<sup>v</sup>* Deus preordinauit | prouenire ex eis, tam in corporalibus quam in incorporalibus. Et ideo non sunt frustra.

*deest* 23

275

280

## &lt;QVESTIO QVARTA

## VTRVM ANGELI SINT IN ALIQVO MAGNO NVMERO&gt;

*Mu125<sup>rb</sup>* [A1-B1] Postea queritur utrum angeli sint in aliquo magno numero. Et uidetur quod non, quia, sicut est in corporalibus, ita est in spiritualibus, ut uidetur; set in corporalibus nobilissima corpora, ut celestia, sunt in 5  
*O<sub>2</sub>108<sup>v</sup>* minori numero quam alia; ergo similiter angeli, qui sunt inter creaturas  
*M206<sup>ra</sup>* | spirituales nobiliores, sunt in minori numero quam anime rationales.

[A2-B2] Item res procedunt a Deo, sicut numeri ab unitate aliquo modo; set in numeris accedentibus ad unitatem minor est pluralitas; ergo in rebus maxime accedentibus ad causam primam, que est maxime una, debet esse minor pluralitas; talis est natura angelica; ergo etc. 10

[A2-B2] In contrarium est *quod dicit DYNISIVS IV cap. De angelica hierarchia quod numerus intelligentiarum excedit omnem numerum substantiarum materialium*. Et Dan. 7: *Milia milium ministrabant ei, et decies milies centena milia assistebant ei*.

[A3-B3] Responsio. Intelligendum est quod, sicut unum dupliciter dicitur, sic et *numerus*, qui non est aliud quam *multitudo ex unitatibus aggregata*. Vnum autem dupliciter sumitur: pro uno quod conuertitur cum ente et pro uno quod reperitur in sola quantitate. Similiter est quidam numerus qui constituitur ex unitatibus que consequuntur ens generaliter et alius qui constituitur ex unitatibus quantitatis quarum pluralitas | est ex diuisione continui. Primus numerus \*reperitur\* in quocumque inuenitur natura entis plurificata, et ideo reperitur in angelis. Secundus reperitur solum in habentibus quantitatem molis, quales non sunt angeli. Hoc supposito primo remouendus est error aliquorum circa materiam istam. Deinde declaranda est ueritas questionis.

[A4-B4] Quantum ad primum sciendum quod ARISTOTILES et eius COMMENTATOR XII *Metaphisice* posuerunt numerum an-

gelorum iuxta numerum orbium uel motuum celestium, et \*ita\*, cum  
 secundum unam opinionem sint 47 orbis uel motus orbium uel 55 30  
*M206rb* secundum aliam, dixerunt tot esse angelos et non plures. | Ratio huius  
 opinionis fuit hec: Intelligentia semper uidetur esse in optima dispo-  
 sitione, cum sit suprema natura creata in uniuerso; set optima dispo-  
 sitio eius uidetur esse in mouendo, quia per hoc assimilatur maxime  
*F95ra* cause | prime: per motum enim est causa rerum sicut et causa prima; 35  
 ergo omnis intelligentia semper causat aliquem motum, propter quod  
 numerus et distinctio earum sumitur secundum numerum et distinc-  
 tionem motuum.

[A5-B5] Hec autem opinio habet falsum fundamentum, scilicet  
 quod optima dispositio intelligentie sit in mouendo. Hoc enim non 40  
 est uerum, quia, quanto aliqua intelligentia plus recedit a causa prima,  
*O<sub>2</sub>109v* tanto est | minus perfecta, et quanto plus accedit, tanto est perfectior  
 natura et operatione. Set uidemus quod intelligentia maxime recedens  
*N73vb* a causa prima, ut anima rationalis, maxime unitur | corpori, scilicet in  
 ratione motoris et forme, superior autem et perfectior, ut angelus, mi- 45  
 nus unitur, \*quia non in ratione forme, set motoris solum; ergo illa que  
 est adhuc superior et perfectior minus unietur\*, scilicet nec in ratione  
 motoris nec in ratione forme; ergo non est ex optima et perfectissima  
*D85rb* dispositione intelligentie | quod semper moueat.

50 Et quod subditur quod intelligentia in mouendo maxime Deo assi-  
 milatur, falsum est, quia *potior est assimilatio* que est in intelligendo et  
*amando*, quam illa que est in mouendo. Potior enim assimilatio est que  
 est secundum potiolem perfectionem; | set intelligere et amare sunt *A56vb*  
 perfectiores operationes in Deo quam mouere: | in intelligendo enim se *Z60va*  
 55 ipsum et amando consistit eius beatitudo, et non in mouendo; ergo etc.

[A6-B6] Quid autem sit de ueritate questionis, duplex est modus  
 dicendi. Primus est quod plures sunt angeli specie differentes quam  
 sint species rerum materialium, quod declarant sic: *Ordo nature | uide-* *V170rb*  
*tur exigere* quod illa que sunt *nobiliora* excedant *quantitate uel numero*  
 60 *ignobiliora*, | unde uidemus quod *corpora celestia intantum excedunt* *M206va*  
 hec inferiora, *ut hec non habeant notabilem quantitatem ad illa*. \*Et sicut  
 illa\* *corpora celestia digniora sunt corruptibilibus, ita substantie intellec-*  
*tuales digniores sunt omnibus corporalibus. Excedunt igitur corporales*  
 substantias non in quantitate, cum illam non habeant, | *set in numero.* *Oz110r*

65 Sunt igitur plures species angelorum quam rerum materialium.

[A7] Set istud non ualet.

[B7] Istud autem quamuis  
 habeat aliquam probabilitatem,  
 nullam tamen habet necessita-  
 tem, quia

Perfectiora \*enim\* non excedunt alia naturaliter nisi perfectione. Per- 70  
fectio autem non est in numero, alioquin plures essent persone diuine  
quam creature, set in quantitate, non autem molis, set \*uirtutis magis\*.  
Hic autem excessus uirtutis \*in substantiis separatis\* potest saluari \*in  
eis\* absque maiori numero, immo \* in unica substantia separata; ergo  
propter perfectionem substantiarum separatarum non oportet eas \*po- 75  
nere in numero excedente\* substantias corporales. Set sicut corpora  
celestia excedunt hec inferiora non \* numero, set \* magnitudine molis,  
sic sufficit quod substantie separate excedant substantias corporales  
non \* numero, set \* magnitudine uirtutis.

*Mu125va* [A8-B8] Alii autem declarant | eandem conclusionem aliter, et di- 80  
cunt quod debemus ymaginari totum ordinem *rerum in uniuerso sicut*  
*unam lineam inter duo puncta, scilicet inter Deum et materiam primam,*  
infra que continentur quecumque sunt uel esse possunt, et omnia ha-  
bent \*per se\* ordinem inter hec \*duo\* extrema, sicut species numero-  
rum inter se. Ymaginemur autem hanc lineam diuidi in puncto, qui est 85  
*anima* rationalis, a qua sit una linea ascendendo ab ipsa ad Deum per  
\*naturas\* substantiarum intellectualium. \*Item ab ipsa usque ad mate-  
*O<sub>2</sub>110v* riam primam constituitur *alia linea\**, | *descendendo ab \*anima\* usque*  
*M206vb* *ad materiam* \*per \*naturas rerum\* *corporalium.* | *Nunc est ita quod ubi*  
*in linea est maior distantia inter duo puncta, ibi sunt plures partes* linee, 90

partes dico eiusdem quantitatis, ubi autem est minor distantia, ibi sunt pauciores partes. Set inter animam intellectiuam et Deum est *maior distantia* quam inter animam et *materiam* \*; quare inter Deum | et animam sunt plures partes uniuersi quam inter animam et materiam primam; set inter Deum et animam sunt species angelorum, inter ipsam \* et materiam primam sunt species substantiarum corporalium; ergo \*plures sunt\* species angelorum quam substantiarum corporalium. F95rb

*Et hoc est quod dicit DYONISIVS quod celestes mentes incomparabiliter excedunt rerum mundanarum coartatam multitudinem*, idest multitudinem secundum speciem, que dicitur coartata, uel quia in una specie plura indiuidua quasi coartantur et fiunt unum, quemadmodum dicit PORPHIRIVS | quod *participatione speciei plures homines sunt unus* homo, N74ra uel quia species rerum materialium sunt *inter duo extrema finita*, et ita sunt quasi coartate inter illa. Species autem angelorum non sic, set sunt inter Deum et animam, inter que non est arcta distantia, set infinita. Oz111r

[A9-B9] Hec autem ratio nichil concludit, | nisi supponatur quod omnes gradus quibus Deus potest imitari a creatura spiritali sint actu producti, quod poni non potest, si sint infiniti gradus imitabilitatis, sicut et illa linea ymaginatur infinita. Talia \*enim\* infinita ponere in actu est impossibile, \*ut probatum est libro I dist. 43\*. Si \*ergo\* dicatur quod non sunt infiniti gradus imitabilitatis, set finiti,

- tunc est omnino incertum an plures sint gradus imitabilitatis in Deo respectu creaturarum spiritualium quam respectu corporalium, | an pauciores, quia non arguuntur esse plures, nisi propter maiorem distantiam inter animam et Deum quam sit inter animam et materiam primam. 115
- D85va*
- tunc nichil concluditur, quia non arguuntur esse plures species angelorum quam rerum corporalium nisi propter maiorem distantiam inter animam et Deum quam sit inter animam et materiam primam. 120
- M207ra* \*Et\* illa nullo modo probatur | maior, nisi quia infinita, propter quod nec sequitur quod sint plures gradus, nisi ponantur infiniti.
- [A10-B10] Quidquid tamen sit de hoc, si solum ponantur plures species angelorum quam rerum \*materialium\* et non ponantur plures angeli in \*eadem\* specie, non oportet dicere quod angeli \*sunt\* in numero multum excessiuo, quia nec species rerum \*sunt\* in tam excessiuo numero, sicut de angelis dicitur *D a n . 7*, ut dictum est in argumento, et in *I o b 25: Numquid est numerus militum eius?* Et propter hoc 125
- forte dicimus: sunt eiusdem speciei uel saltem plures ex eis. Non enim uidetur omnino congrua ciuilitas differentium secundum speciem. Pluralitas autem talis, que est differentium secundum numerum totaliter est ex be-
- multitudo angelorum qualis exprimitur per scripturam tenenda est | fide potius quam aliqua ratione. 130
- O<sub>2</sub>111v* 135

neplacito producentis, qui tot  
 producit, quot producere uoluit,  
 140 cuius uoluntatem scriptura nobis  
 exprimit in locis preallegatis.

[A11-B11] Ad primum argumentum \*in oppositum\* dicendum  
 quod nichil prohibet minorem esse numerum angelorum quam ani-  
 marum que fuerunt, sunt et erunt: Creantur enim cotidie, nec ille que  
 145 prius create fuerunt desinunt | esse corruptis corporibus. Omnes au- *V170va*  
 tem angeli simul creati fuerunt. Quod autem maior numerus angelo-  
 rum ponitur quam corporum celestium causa est, quia corpora celestia  
 solum habent ordinem ad inferiora secundum esse nature | et in ratio- *Z60vb*  
 ne actiui, et ideo tot sunt, et non plura, quot sufficiunt ad agendum.  
 150 Set angeli preter ordinem quem habent ad corpora celestia in mouendo  
 ea que pertinent ad cursum nature habent etiam ordinem alium quoad  
 esse gratie. Sunt enim quidam ex eis *in ministerium* missi *propter eos qui*  
*hereditatem capiunt salutis*, ut dicitur *H e b r . 1* et secundum *HIERO-*  
*NYMVM unaqueque anima a sui exordio habet angelum ad sui custodiam*  
 155 *deputatum.*

[A12-B12] Ad secundum dicendum quod in rebus maxime acce-  
 dentibus ad causam primam debet esse minor pluralitas quantum ad  
 partes que ueniunt in compositionem rei, sicut in binario qui maxime  
 accedit ad unitatem sunt pauciores unitates quam in quocumque alio  
 160 numero. Set | nichil prohibet | quin in eis sit maior pluralitas secun- *A57ra*  
 dum species uel \*secundum\* indiuidua eiusdem speciei. Sunt | enim *M207rb*  
*O<sub>2</sub>112r*



plures binarii quam nouenarii. Et similiter possunt esse plures angeli eiusdem speciei uel diuersarum quam sint species uel indiuidua aliarum rerum. Sunt tamen tot et non plures, quot Deus producere uoluit secundum ordinem sue sapientie.

165

## &lt;QUESTIO QVINTA

VTRVM ANGELI COGNOScant OMNIA QVE COGNOSCVNT  
PER ESSENTIAM SVAM VEL PER SPECIES>

[A1] Deinde queritur de angelorum cognitione et primo utrum angeli cognoscant omnia que cognoscunt per essentiam suam uel per species. Et uidetur quod per species, quia necesse est ad hoc quod intellectus intelligat quod in ipso sint res uel rerum species, ut patet ex III *D e a n i m a*; set in intellectu angelico non sunt res per essentiam suam; ergo sunt ibi per suas species.

*deest* 23

5

[A2] Ad idem est quod dicitur X propositione *D e c a u s i s* quod *omnis intelligentia plena est formis*; set illas formas uocamus species; ergo etc.

10

[A3] In contrarium arguitur, quia, si angelus intelligeret per species, aut species esset solum ratio cognoscendi aut medium cognitum. Non potest dici quod sit solum ratio cognoscendi, quia quod est solum ratio cognoscendi habet rationem perfecte similitudinis cum eo in cuius cognitionem ducit, unde et simili-

15

tudo dicitur per quamdam expressionem; set nulla species in intellectu angelico potest habere rationem perfecte similitudinis  
 20 cum rebus corporalibus; ergo etc.

Maior patet, set minor probatur, quia perfecta similitudo non est rerum differentium specie; set quidquid est in intellectu angeli differt specie ab omnibus que sunt in rebus corporalibus; ergo nichil existens in mente angeli potest esse perfecta similitudo rerum corporalium que intelliguntur | ab angelo; non est  
 25 ergo solum ratio cognoscendi.

Item nec est medium cognitum, quia medium cognitum potest ducere in cognitionem alterius ratione cuiuscumque habitudinis, siue ut simile siue ut contrarium uel qualitercumque  
 30 aliter; set hanc habitudinem habet essentia angeli ad omnes res; ergo angelus per essentiam suam, quam perfectissime nouit, potest alia cognoscere nec oportet propter hoc ponere species in eo.

Item nullus dicit speciem esse medium cognitum, set solum  
 35 rationem cognoscendi; quare etc.

[A4] Responsio. Videnda sunt duo. Primum est qualiter fiat intelligere | in nobis, utrum per speciem uel absque specie. Secundo qualiter fiat in angelis. Et hoc est ordo conueniens, quia secundum COMMENTATOREM si ignoraremus penitus naturam  
 40 intellectus nostri, nullo modo possemus deuenire in aliquam cognitionem substantiarum separatarum.

[A5] Circa primum est intelligendum quod de intelligere qualiter fiat in nobis, est duplex opinio. Prima dicit quod intelligere est actio intellectus informati specie rei intelligibilis rea-  
 45 liter ab utroque differens, ad quam se habet intellectus specie

*deest* B

*O,59r*

*D85vb*

	informatus, sicut aqua facta calida ad calefactionem pedum uel manus. Sicut enim aqua, que de se non est calida actu, non potest calefacere pedem aut manum nisi prius in se recepto calore, sic	
<i>O,59v</i>	intellectus noster possibilis non   potest in actum intelligendi nisi prius fiat in actu per speciem rei intelligibilis. Et sicut calor receptus in aqua est sibi ratio calefaciendi alterum actiue, sic species rei intelligibilis est intellectui nostro ratio eliciendi actum intelligendi actiue, nec est hic et ibi differentia, nisi quia calefacere est actus transiens in materiam exteriorem, non autem intelligere. Dictum autem PHILOSOPHI in II De anima, quod <i>intelligere est pati</i> , exponunt quod hoc uerum est non essentialiter, set concomitatiue, quia non intelligeremus nisi prius recepta specie rei intelligibilis, que receptio est passio large dicta. [A6] Iste autem modus non uidetur conueniens. Primo, quia quandocumque aliquis actus principiatur a duobus, quorum unum est materiale et reliquum formale, uerius principiatur a formali quam a materiali, ut patet in exemplo de aqua calefacta; set secundum hanc opinionem intelligere nostrum principiatur ab intellectu informato specie, ita tamen quod species est forma et actus intellectus, per quam factus in actu potest elicere actum intelligendi; ergo uerius causatur nostrum intelligere a specie quam ab intellectu, immo plus, quia, licet totum compositum	<i>deest</i> 3 50 55 60 65
<i>V170vb</i>	ex intellectu et specie sit illud quod agit   uel elicit actum intelligendi, sola tamen species est principium quo et nullo modo	
<i>O,60r</i>	intellectus, sicut solus calor aque   est principium quo aqua calida calefacit, licet totum compositum ex aqua et calore sit illud quod calefacit.	70

[A7] Istud autem est inconueniens propter multa. Primo, quia ridiculum est dicere quod actus uite inquantum huiusmodi sit principaliter uel totaliter ab eo quod nichil est uiuentis, set aduenit ab extrinseco; set intelligere et totaliter cognoscere est actus uite, species autem nichil est ipsius uiuentis, set aduenit ab extrinseco; ergo inconueniens est quod intelligere sit totaliter uel principaliter a specie quam ab intellectu.

80 [A8] Secundo, quia, si intelligere uerius causetur a specie quam ab intellectu, cum uirtute diuina possit fieri quod intelligamus sine specie, ut in uisione beata, multo magis posset fieri quod intelligeremus sine intellectu, quod est absurdum.

Set dices quod non, quia Deus potest facere quemcumque effectum sine causa efficiente media, set non sine causa materiali uel subiectiua. Non enim potest facere figuram sine quantitate. Species autem est principium actiuum quo elicitur actus intelligendi; set intellectus est principium passiuum in quo recipitur subiectiue. Et ideo Deus potest causare in nobis actum intelligendi sine specie, non autem sine intellectu. Set istud non ualet, quia intelligere est actus manens in agente, non quidem per accidens, tum quia posset non esse in agente, tum quia de hiis que sunt per accidens | non est doctrina, que tamen est de hoc quod intelligere est actio manens in agente, non per accidens, set per se. Sicut ergo intelligere est actiue ab intellectu informato specie, uerius tamen et principaliter a specie quam ab intellectu, sic eius subiectum susceptiuum erit intellectus informatus specie, uerius tamen et principaliter ratione speciei quam ratione intellectus; propter quod si fieri potest quod intelligamus sine

*deest* B

*O,60v*

specie, poterit et fieri quod intelligamus sine intellectu, ut arguebatur.

[A9] Tertio, quia, si species in intellectu est principium quo intellectus elicit actiue operationem intelligendi, per eandem rationem species in sensu est principium quo sensus elicit actiue operationem sentiendi; set istud est impossibile, ut probabo; ergo et primum.

Probatio assumpte: Omne quod habet formam, que est alicuius actionis principium, potest per formam quam habet in illam actionem; set eandem formam secundum speciem quam habet sensus, puta uisus, habet medium: qualis enim species recipitur in oculo, talis recipitur | in medio; ergo si ipsa est principium eliciendi actiue operationem sentiendi, sicut per eam sentit oculus, ita per eandem sentiret medium; quod non est uerum; ergo ipsa non est principium eliciendi actiue operationem sentiendi.

Set dicetur quod non, quia actus non solum requirit principium a quo sit, set etiam subiectum in quo sit. Licet autem *O,61r* species | sensibilis, quantum est de natura sua, sit elicitua actus sentiendi, tamen medium non est eius susceptuum, set organum solum. Et ideo medium non sentit, set organum. Istud autem excluditur per id quod prius dictum est, quod sentire est actus manens in agente per se et non per accidens; propter quod quidquid est receptuum forme, que est principium actuum talis actionis, est similiter receptuum actionis.

[A10] Quarto, quia nulla potentia naturalis ad eliciendum actum sibi connaturalem et proportionatum indiget aliquo extraneo tamquam principio causatiuo actus; esset enim illud connaturalius actu elicitio; set intellectus se habet ad intelligere tamquam ad actum sibi proportionatum et connaturalem; quare etc.

130 [A11] Alii dicunt aliter, scilicet quod intelligere et sentire per  
hoc solum fiunt in nobis quod obiectum mouet potentiam non  
causando in ea aliquam speciem que sit obiecti representatiua  
uel actus elicitua, set immediate causando ipsum sentire uel  
intelligere. Quod probant sic: *Illud ad quod aliquid habet esse in*  
135 *potentia fit actu in ipso ab agente proportionato et non aliud*; set  
*potentia apprehensiua*, qualis est sensus et intellectus, *secundum*  
*quod huiusmodi solum est in potentia* ad apprehensionem; ergo  
per obiectum proportionatum sensui et intellectui solum fit in  
sensu sentire et in intellectu intelligere. Dico autem in sensu,  
140 quatinus sensus est, quia | organum sensus, quatinus *com-*  
*municat cum medio* in aliqua qualitate, ut pupilla cum aere in  
dyaphaneitate, preter sensationem quam recipit sensus inquan-  
tum huiusmodi recipit etiam speciem intentionalem rei sensibili-  
lis ratione qualitatis, in qua communicat cum medio, que tamen  
145 species *non est essentialiter ipsa sensatio; alioquin sensatio esset in*  
*medio et in organo uirtute sensitiua corrupta. Intellectus* autem,  
*cum non sit uirtus organica, non potest immutari nisi inquan-*  
*tum est uirtus apprehensiua. Ipsa <autem> in quantum huius-*  
*modi non est in potentia nisi ad intelligere* et ideo nichil recipit  
150 nisi intelligere.

[A12] Item si poneretur species in intellectu, hoc esset uel  
ut moueret intellectum, quod esse non potest, quia forme non  
mouet sua subiecta, set solum informant, uel ut representaret  
obiectum, quod non oportet, quia sufficienter representatur in  
155 fantasmatis. Igitur in intellectu non fit species preter ipsum

deest B

O,61v

intelligere, quod est ab obiecto effectiue et est quoddam pati non solum concomitatiue, ut primi dicunt, set essentialiter, quamuis secundum nomen sit actio, eo quod per uerbum actiuum significatur.

[A13] Istud autem non uidetur bene dictum propter multa. Primo, quia, quamuis agens non semper sit prestantius patiente quantum ad illud quod est secundum suppositum, puta ignis non est prestantior homine in quem agit, tamen oportet uniuersaliter agens | quantum ad principium quo agit esse prestantius |  
*O,62r* et nobilius patiente quantum ad illud quo patiens patitur, sicut  
*VI71ra* nobilior est caliditas ignis per quam agit quam sit siccitas uel humiditas hominis per quam ab igne patitur; set qualitas sensibilis per quam sensibile agit in sensum, ut isti dicunt, non est aliquid nobilius et perfectius potentia sensitiua et idem intelligitur de obiecto intellectus et potentia intellectiua; ergo obiectum sensus et intellectus non potest causare in sensu et intellectu sentire et intelligere. Et hec est ratio AVGVSTINI VI M u s i c e , ubi dicit sic: *Considerandum utrum re uera nichil aliud sit quod dicitur audire, nisi aliquid a corpore in anima fieri. Set absurdum est fabricatori corpori materiam quodammodo animam subdere. Numquam enim est anima corpore deterior et omnis materia fabricatore deterior. Nullo igitur modo anima fabricatori corpori est subiecta materies. Esset autem, si aliquos in ea numeros operaretur corpus.* Hec sunt uerba eius.

[A14] Secundo, quia, si intelligere est pati secundum rem, intelligi erit actio secundum rem, licet econtrario sit utrobique secundum nomen; semper enim actio et passio proportionaliter

designantur uerbo actiuo et passiuo; set omnis actio perfectior  
 et nobilior est passione sibi correspondente; ergo perfectius et  
 185 nobilius est intelligi quam intelligere. Quod est absurdum, quia  
 | actus uiuentis et cognoscentis semper est | nobilior omni pro-  
 prietate communi uiuentibus et non uiuentibus, cognoscenti-  
 bus et non cognoscentibus; sentire autem et intelligere compe-  
 tunt solis uiuentibus cognoscentibus; sentiri autem et intelligi  
 190 commune est non uiuentibus et non cognoscentibus; ergo etc.

[A15] Item non propter hoc agit agens, quia passum patitur,  
 set econtrario; set obiectum propter hoc intelligitur, quia intel-  
 lectus intelligit; ergo intelligi non est agere, nec intelligere pati.

[A16] Si autem dicatur quod intelligere non est pati, nec  
 195 intelligi est actio, set est aliquid consequens ad utrumque, sci-  
 licet ad actionem et passionem - quia intelligere est intellectum  
 habere talem perfectionem ab intelligibili per quam formaliter  
 intellectus est intelligens et obiectum intellectum; dare autem  
 talem perfectionem est agere et recipere eam est pati, set habere  
 200 eam, quod est intelligere, non est agere neque pati - si, inquam,  
 sic dicatur, contra, quia causa que non solum est causa in fieri,  
 set conseruat in esse pro quolibet instanti, dicitur agere et sub-  
 iectum pati, sicut sol pro quolibet instanti dicitur illuminare  
 aerem et aer ab ipso illuminari; set perfectio qua intellectus est  
 205 intelligens est ab obiecto, sicut a causa conseruante in esse se-  
 cundum istos; ergo non solum pro primo instanti, set pro quo-  
 libet in quo talis perfectio est in intellectu, intellectus dicitur

*deest B*

*D86rb*

*O,62v*



0,63r pati et obiectum agere et ita | intelligere, quod est habere talem perfectionem, erit ueraciter pati et per consequens intelligi erit agere ratione prius dicta.

Minor patet ex dicto eorum, set maior probatur. Primo per AVGVSTINVM Super Genesim ad litteram VIII libro 8 cap., qui dicit de lumine in aere quod requirit presentiam agentis conseruantis sic: *Aer presente lumine non factus est lucidus* (supple: solum) *set fit, quia, si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine lucidus esset.* Vult dicere quod pro quolibet instanti uerum est dicere quod fit et factus est lucidus, sicut pro primo. Idem patet per rationem, quia *idem manens idem semper natum est facere idem*; set agens conseruans supponitur quod sit idem, ut sol respectu luminis et obiectum respectu actus sentiendi et intelligendi pro toto tempore quo sunt intelligere et sentire in nobis; ergo pro toto illo tempore potest dici quod obiectum agit et potentia patitur equaliter sicut in primo instanti. Exemplum est de sigillo in aqua, <quod> configurat sibi aquam, quod tantum facit, quamdiu est in aqua, quantum in primo instanti. Ergo similiter obiectum sensus et intellectus pro toto tempore quo sunt sentire et intelligere in nobis idem faciunt et sensus et intellectus idem patiuntur. Igitur intelligere, quod est habere talem perfectionem, est ueraciter pati et non solum recipere eam primo; et per oppositum intelligi est uere agere, quod est inconueniens, ut prius dictum est.

[A17] Tertio, quia omnis causa que non est agens solum instrumentaliter, set principaliter, habet formam per quam agit,

deest 23

210

215

220

225

230

que est eiusdem rationis cum ea quam inducit, si | sit agens  
 235 uniuocum, uel est perfectior ea, si sit agens equiuocum; set  
 obiectum sensus secundum istos est causans sentire in sensu  
 non solum instrumentaliter, ut posset dici de obiecto intellectus  
 ratione intellectus agentis, set principaliter; ergo sensibile, cum  
 sit agens equiuocum, haberet in se formam et actum nobiliorem  
 240 quam sit sentire, quod est absurdum.

[A18] Quarto, quia diuersorum agentium secundum spe-  
 ciem sunt diuerse actiones et effectus secundum speciem; set  
 intelligibilia differunt specie, ut homo et asinus; ergo intelligere  
 causata ab hiis differunt specie, quod est inconueniens, quia  
 245 proprius actus speciei non potest plurificari secundum speciem;  
 set intelligere ex fantasmatis uel ratiocinari est actus specifi-  
 cus hominis; ergo omne intelligere hominis est unum secundum  
 speciem. Non enim potest homini assignari alia propria opera-  
 tio preter suum intelligere.

250 [A19] Quinto, quia, sicut prius dicebatur, inconueniens ual-  
 de uidetur quod actus uitalis, ut est sentire et intelligere, sit in  
 nobis effectiue a non uiuente propter duo. Primo, quia actus ui-  
 tales minus nobiles, ut nutriri et augeri, sunt in nobis a principio  
 intrinseco et nullo modo ab extrinseco effectiue. Secundo, quia  
 255 uiuentia distinguuntur a non uiuentibus sensu et motu et magis  
 sensu quam motu, quia uiuentia | mouentur secundum locum a  
 se ipsis nisi mota | effectiue | ab aliquo extrinseco; ergo fortiori  
 ratione sentire non est in nobis a principio actiuo extrinseco.

[A20] Sexto, quia Deus potest facere effectum cuiuslibet  
 260 cause secunde efficientis sine ipsa; set Deus non potest facere

*deest B**O,63v**V171rb**D86va**O,64r*

<p>quod intelligere sit sine obiecto, quia tunc homo posset intelligere dato quod nichil intelligeretur; ergo etc. Et si dicatur quod non, quia obiectum comparatur ad actum intelligendi ut principium actuum ad suum effectum, et quantum ad hoc nichil prohibet quod actus intelligendi careat obiecto - comparatur etiam ut correlatiuum, et quia correlatiua sunt simul natura, ideo ex hac parte est impedimentum ne sit actus intelligendi sine obiecto - istud non ualet, quia relatio que est inter intelligere et obiectum aut est cause ad effectum aut ex ea oritur et dependet secundum hanc opinionem. Si enim obiectum causaret effectiue actum intelligendi, ad quem sequitur quod intellectus intelligit et quod obiectum intelligitur, necesse est quod habitudo actus intelligendi et sui obiecti sit habitudo cause et effectus uel ex hac habitudine dependeat et eam ex necessitate supponat. Si igitur potest fieri diuina uirtute quod intelligere non sit ab obiecto effectiue, poterit etiam fieri quod intelligere nullo modo dependeat ab obiecto, quod est manifeste falsum. Ex hiis patet quod sentire et intelligere non sunt in nobis effectiue ab   obiecto.</p>	<i>deest</i> 23
<p>[A21] Dicendum est ergo aliter ad euidenciam questionis. Primo inquirendo quid sit intelligere uel, uniuersaliter loquendo, quid sit cognoscere, utrum sit aliquid additum super potentiam cognitiuam faciens cum ea realem compositionem. Secundo a quo sit intelligere et cognoscere in nobis.</p>	265
<p>[A22] Quoad primum uidetur esse dicendum quod sentire et intelligere non dicunt aliquid reale additum super sensum et intellectum faciens cum eis realem compositionem. Quod patet tripliciter. Primo ex natura operationis secundum se et absolute sic: Actus primus est forma, sicut intellectus in homine et calor in igne. Set actus secundus est operatio, ut intelligere et</p>	270
	275
	280
	285

290 calere uel calefacere et sic de similibus. Operatio autem forme  
 non potest esse forma distincta ab ea que est actus primus, quia  
 tunc operatio non esset actus secundus, set primus. Forma enim  
 quecumque substantialis uel accidentalis dicit actum primum.  
 Et iterum, si operatio secundum se esset aliqua forma, eius es-  
 295 set aliqua operatio, et procederetur in infinitum, quod forme  
 esset forma et operationis operatio: quare melius est sistendum  
 in primo, scilicet quod operatio forme non est forma ei addita.

[A23] Secundo patet idem ex natura operationis intra ma-  
 nentis sic: Vbicumque actus secundus non transit in materiam  
 300 exteriorem, actus primus et secundus, scilicet forma et operatio,  
 non differunt realiter | sic quod faciant ad inuicem composi-  
 tionem, set differunt solum dictione uerbali et nominali, ut lux  
 et lucere, calor et calere, albedo et albescere et sic de aliis; set  
 sentire et intelligere sunt actus intra manentes; ergo sunt idem  
 305 realiter quod sensus et intellectus, nisi quod designantur uer-  
 baliter et illa nominaliter. Vnde satis rationabiliter uidentur  
 aliqui dicere ponentes quod intelligere non est exercere aliquam  
 actionem, set solum habere formam aliquam, sicut calere non  
 est exercere aliquam actionem, set solum habere formam caloris.  
 310 Et tamen dicunt quod intelligere non est solum habere intel-  
 lectum, set est intellectum habere quamdam aliam formam que  
 est ipsum intelligere; quod est simile ac si diceretur quod calere  
 non est habere calorem, set est calorem habere quamdam aliam  
 formam que sit ipsum calere, quod est ridiculum.

315 [A24] Tertio patet idem ex inseparabilitate ipsius intelligere  
 et sentire a sensu et intellectu sic: Quecumque differunt per es-  
 sentiam absolutam possunt diuina uirtute separari secundum

*deest* 23

*O,65r*

existentiam, nisi alicui eorum secundum se repugnet ratio actualis existentie, ut est materia prima, de qua dicunt aliqui quod, cum sit pura potentia, non potest existere sine forma; omne autem accidens absolutum, cum sit actus quidam, potest existere diuina uirtute sine subiecto; sentire autem non potest existere sine | sensu nec intelligere sine intellectu; ergo non dicunt aliquid reale absolutum additum supra sensum et intellectum.

*O,65v*

[A25] Set dicet aliquis: si intelligere non est aliquid additum faciens compositionem cum intellectu, tunc intelligere non dicit perfectionem aliquam intellectus. Perfectio enim est de absolutis. Igitur intellectus eque erit perfectus ante intelligere, sicut cum actu intelligit, quod est inconueniens. Ergo intelligere dicit aliquid additum intellectui faciens cum eo compositionem. Et dicendum ad hoc quod non est de ratione perfectionis quod faciat compositionem cum perfectibili; alioquin Deus, qui habet omnem perfectionem, haberet omnem compositionem. Immo

*D86vb*

omnis compositio inquantum huiusmodi pertinet | ad imperfectionem, propter quod relegatur a Deo. Et ideo posset statim dici quod non oportet quod intelligere, licet dicat perfectionem, quod propter hoc faciat cum intellectu compositionem. Set absque dubio istud non sufficit, quia, licet non oporteat perfectionem realiter differre a perfectibili uniuersaliter loquendo, oportet tamen perfectionem separabilem a perfectibili realiter differre ab ipso et facere cum ipso compositionem. Perfectiones autem ab inuicem separabiles faciunt compositionem, si ad inuicem uniantur. Cum igitur intellectus sit quandoque sine intelligere, uidetur quod intelligere faciat compositionem cum

*deest* 3

320

325

330

335

340

345 intellectu aut quod intelligere non sit perfectio intellectus, quod uidetur inconueniens.

[A26] Et ideo aliter est dicendum quod intellectus non est perfectior cum actu intelligit, quam ante intelligere per se, set solum per accidens, eo modo quo graue perfectius | est cum  
350 est deorsum, quam impeditum. | Que tamen perfectio non est per compositionem. Sicut enim graue simul cum grauitate acquirit locum, nisi prohibeatur, sic habens intellectum statim per ipsum intelligit, nisi sit defectus obiecti intelligibilis, ut magis patebit infra. Patet igitur primum, scilicet quod intelligere non  
355 dicit aliquid additum super intellectum.

[A27] De secundo dicendum quod intelligere et sentire sunt in nobis per se a dante sensum et intellectum, quod est creans uel generans, ab obiecto autem sicut a causa sine qua non. Primum patet ex hiis que dicta sunt. Si enim intelligere et sentire  
360 non sunt aliquid additum supra sensum et intellectum, consequens est ut ab eodem sit utrumque. Patet etiam idem ratione et auctoritate. Ratio est, quia actus proprius speciei est a dante formam per quam res in specie reponitur; set intelligere est proprius actus habentis intellectum et sentire est proprius actus  
365 habentis sensum in quantum huiusmodi; ergo sentire et intelligere sunt per se a dante formam sensus et intellectus. Auctoritas etiam ARISTOTILIS VIII PHISICORUM est ad hoc. Dicit enim ibi expresse quod *generans dans formam* dat etiam operationem et motum conuenientem forme, sicut dans calorem  
370 igni dat ei ut calefaciat combustibile presens et dans ei leuitatem

*deest B*

*O,66r*

*V171va*

dat ei per se motum sursum; habens enim formam solum est in  
*O,66v* potentia accidentali ad operationem et motum conuenientem |  
 forme; et ideo ad hoc, ut reducatur in actum, non indiget agente  
 dante nouam formam, quia iam non esset in potentia acciden-  
 tali solum, set essentiali. Ab eodem ergo a quo habet formam  
 habet etiam, quantum est de se, quod sit sub actu secundo. Et  
 potest ex hoc formari ratio concludens utrumque articulum sic:  
 Illud quod est solum in potentia accidentali non est in potentia  
 ad nouam formam nec indiget ad hoc ut reducatur in actum  
 agente dante nouam formam; set habens actum primum solum  
 est in potentia accidentali ad actum secundum, qui est operatio;  
 ergo etc. Maior et minor patent ex VIII *P h i s i c o r u m*. Patet  
 igitur primum, scilicet quod sentire et intelligere sunt per se a  
 dante formam sensus et intellectus.

[A28] Secundum patet, scilicet quod sint ab obiecto sicut  
 a causa sine qua non, et in hoc apparebit tertium principale,  
 scilicet qualiter intelligere et sentire fiant in nobis et quare non  
 semper intelligimus aut sentimus, cum semper habeamus sen-  
 sum et intellectum. Ad cuius euidenciam sciendum est quod  
 actus primus et secundus quandoque perficiunt rem secundum  
 se et absolute et sic significantur, ut calor et calere, albedo et  
 albescere. Et in talibus simul et inseparabiliter res ab eodem  
 efficitur sub primo actu et secundo; simul enim et ab eodem  
 aliquid est calidum et calet, album et albescit. Quandoque au-  
 tem actus primus et secundus perficiunt rem non absolute, set  
 in habitudine ad alterum et sic significantur, ut calefactiuum  
 et disgregatiuum, calefacere et disgregare; et respectum talem  
 importat actus primus secundum potentiam, actus autem se-  
*O,67r* cundus | secundum actum, et in talibus non semper simul est

*deest* 3

375

380

385

390

395

400 aliquid sub actu primo et secundo, set contingit quandoque  
 habere actum primum sine secundo. Cuius ratio est, quia ac-  
 tus primus requirit presentiam eius ad quod dicitur solum se-  
 cundum potentiam, set operatio uel actus secundus requirit  
 presentiam eius secundum actum. Ad hoc enim quod aliquid  
 405 sit calefactiuum, sufficit quod possit habere calefactibile, set ad  
 calefacere requiritur actualiter presens calefactibile. Et quia con-  
 tingit aliquid esse presens secundum potentiam, quod tamen  
 non est actu presens, ideo contingit aliquid esse sub actu primo  
 absque actu secundo. De numero autem talium actuum sunt  
 410 intellectus uel principium intellectiuum et intelligere. Dicitur  
 enim utrumque non omnino absolute, set in habitudine ad in-  
 telligibile, quam habitudinem importat intellectus secundum |  
 potentiam, intelligere autem secundum actum. Propter quod  
 habens intellectum non semper intelligit, quia non semper ha-  
 415 bet intelligibile actu presens. Per quid ergo reducitur de potentia  
 intelligendi ad actum? Dicendum, ut tactum est, quod per illud  
 quod dat intellectum per se, quia dans intellectum, quantum  
 est de se, dat intelligibile, quia habere intellectum est intelligere  
 presens obiectum. Obiectum autem presentatum uel presentans  
 420 obiectum est *causa sine qua non* pro eo quod intelligere non est  
 perfectio mere absoluta, set in comparatione ad alterum.

[A29] Et idem est de actu sentiendi, de quo profert beatus  
 AVGVSTINVS VI Musice iam dictam sententiam, dicens sic:  
*Corporalia quecumque huic corpori obiciuntur extrinsecus non in*  
 425 | *anima set in corpore aliquid faciunt.* Et post: *Et ne longum*  
*faciamus, uidetur michi anima, cum sentit in corpore, non ab*  
*illo aliquid pati, set in passionibus eius attentius agere, et has ac-*

deest B

D87ra

O,67v



*tiones, siue faciles propter conuenientiam, siue difficiles propter inconuenientiam, non eam latere; et hoc est quod sentire dicimus.*

Vult dicere, sicut apparet ex hiis que dicuntur in eodem VI, quod sensibile non agit in potentiam sensitiuam, set in organum ratione qualitatuum disponentium ipsum, que actio, cum sit presens sensui, non latet ipsum, et ideo sentitur, nec est aliud sentire nisi sensibile presens non latere sensum; qui secundum se non est quoddam cognoscere, quemadmodum dictum est de intellectu.

Per quid autem presentetur sensibile sensui et intelligibile intellectui, utrum per speciem uel per aliquid aliud, non dicitur modo, quia alias per intentionem agetur de hoc, set hoc tantum  
 V171vb | ex dictis habeatur quod species non requiritur ut eliciens actum per se, set solum ut representans obiectum, si tamen unquam requiritur.

[A30] Hiis uisis descendendum est ad questionem utrum angelus intelligat per essentiam suam uel per species. Et dicendum quod, licet hec prepositio 'per' importat circumstantiam alicuius cause, et cause sunt quatuor, tamen in questione ponitur disiunctiva de essentia uel specie. Species autem nullo  
 O,68r | modo requiritur | ad actum intelligendi, nisi solum ut representans obiectum, sicut dictum est prius, et in hoc est causa sine qua non. Ideo solum in hoc sensu tractabitur questio utrum essentia angeli sit ei ratio representans omnia que intelligit uel aliqua ei represententur per species. Dicendum ergo quod angelus intelligit se et alia a se. Se autem intelligit per essentiam suam et non per speciem, et hoc concedunt omnes tam philosophi quam theologi, et rationabiliter. Per hoc enim fit intelligere in nobis et in quibuscumque quod intelligibile presens est intel-

deest 33

430

435

440

445

450

455

lectui; nichil autem est adeo presens intellectui angelico ut sua  
 essentia; ergo angelus intelligit se per suam essentiam. Et si dica-  
 tur quod eodem modo concludit ratio de intellectu nostro quod  
 460 intelligat se per essentiam suam, quia est sibi ipsi presens, dicen-  
 dum quod non, quia obiectum primo proportionatum nostro  
 intellectui est aliquid prius sensatum, quia noster intellectus est  
 cum sensu. Propter quod intellectus noster, licet sit sibi presens,  
 non tamen in ratione primi intelligibilis ab eo, quia non est  
 465 aliquid quod cadere possit sub sensu. Set intellectus angelicus,  
 qui a sensu non dependet, statim apprehendit omne intelligibile  
 sibi presens. Essentia autem angeli secundum se est intelligibi-  
 lis; ideo etc. AVGVSTINVS tamen illud quod dicimus de angelo,  
 quod intelligit se per essentiam suam, concedit de anima res-  
 470 pectu sui ipsius libro De Trinitate IX.

[A31] De aliis autem a se est maior dubitatio. Voluit enim  
 quidam, et | est communis opinio, quod angelus intelligit alia  
 a se per species et non per essentiam suam et huius ratio assi-  
 gnatur, quia, *cum essentia angeli sit limitata ad certum genus et*  
 475 *ad certam speciem*, non potest perfecte representare omnia que  
 sunt intelligibilia ab angelo, cum uirtus *intellectiua angeli se ex-*  
*tendat ad omnia* que sunt, et ideo oportet quod per aliquid aliud  
 representetur. Et illud aliud sunt species, *non quidem a rebus*  
*accepte*, set a Deo influxe.

480 [A32] Item si angelus intelligeret alia a se per essentiam  
 suam, sequeretur quod semper actu intelligeret omnia, se scili-  
 cet et alia. Consequens est falsum, quia, licet angelus semper et

deest B

O,68v

actu se intelligat, aliorum tamen a se quandoque unum intelligit, quandoque aliud et non semper omnia simul. Consequentia patet, quia, si essentia angeli esset ei ratio representans alia, cum angelus semper actu et perfecte suam essentiam apprehendat, sequeretur quod semper et actu intelligeret omnia que per essentiam angeli representarentur, sicut dicimus de Deo; hoc autem est falsum; ergo etc.

[A33] Istud autem non uidetur sufficienter dictum. Primo, quia illud quod continet aliorum perfectiones potest esse representatiuum eorum | quoad cognitionem. Propter hoc enim, ut uidetur, essentia diuina est Deo ratio cognoscendi omnia, quia ipsa continet omnium perfectiones; set angelus, licet sit in certo genere et specie, habet tamen omnes perfectiones generum et specierum in genere substantie, cum sit suprema substantia creata – in ordinatis enim per se, sicut sunt species rerum, superior  
*D87rb* continet perfectiones | inferiorum; ergo quilibet angelus per essentiam suam potest cognoscere omnes species que sunt sub se et perfecte, et angelus quidem supremus omnes simpliciter, cum omnes sint sub eo, alii autem non omnes perfecte, set eas que sub ipsis sunt, que autem sunt super ipsos, ut angelos superiores, imperfecte; cognoscendo autem perfecte quidditates specierum cognoscit proprietates et omnia que in eis accidunt; ergo etc.

[A34] Item isti necessario incidunt in id quod uitare intendunt, scilicet quod angeli semper intelligant omnia alia a se. Hoc enim necessario habent ponere. Quod patet primo, quia efficacior est species, si sit in mente angeli in representando rem, quam sit quecumque species in intellectu nostro etiam cum fan-

*deest* 38

485

490

495

500

505

510 tasmate sibi correspondente; set intellectus noster non potest non intelligere rem cuius speciem habet presente fantasmate speciei et rei correspondente; ergo nec intellectus angelicus potest non intelligere omne illud cuius speciem habet apud se.

Et confirmatur quia, licet in potestate agentis liberi hominis  
 515 uel angeli sit approximare actiua passiuus uel ea que quocumque modo sunt ad operationem necessaria, tamen eis approximatis non est in potestate uoluntatis eorum quin sequatur actio, sicut in potestate angeli uel hominis non est quod ignis approximatus stupe comburat uel non comburat, licet sit in eorum potestate  
 520 approximare unum alteri; set ad intelligere solum requiritur intellectus et presentia obiecti, ut declaratum est; ergo non est in potestate angeli quod intelligat uel non | intelligat ea quorum habet species representatiuas, set ex necessitate ea intelligit.

[A35] Dicendum est igitur aliter, scilicet quod angeli non  
 525 intelligunt alia a se per species nec tamen per essentiam suam, set per earum rerum presentiam in se uel in causis suis. Primum patet, quia, si in angelo essent species representatiue rerum, uel essent ut medium cognitum uel solum ut ratio cognoscendi. Non ut medium cognitum, primo, quia sic non consueuimus  
 530 uti nomine speciei; alioquin diceremus causam esse speciem effectus et econtrario et habitum speciem priuationis, quia talia sunt media cognoscendi; secundo, quia eandem uicem quam tenet species in sensu uel in nostro intellectu tenet species in mente angeli, licet non accipiatur a re sicut alie; | set species  
 535 in sensu et intellectu nostro, si qua ibi est, non habet rationem medii cogniti; ergo etc.

[A36] Item species non potest esse solum ratio cognoscendi, quia omnis talis species aliquid representans et forma per ip-

*deest B*

*O,69v*

*V172ra*

sam immediate representata sunt eiusdem rationis secundum speciem, licet differant in modo essendi; set nichil existens in mente angeli potest esse eiusdem rationis specificice cum quidditatibus rerum nec secundum genus cum illa sint substantie, hee autem quedam accidentia; ergo etc.

Minor patet de se, set maior declaratur exemplo et ratione. Exemplo, quia, sicut lux in corpore luminoso et lumen in aere sunt eiusdem speciei, licet differant in modo essendi propter diuersitatem subiecti recipientis, sic color | et species eius in medio uel oculo sunt eiusdem rationis specificice, set differunt in modo essendi propter diuersitatem subiecti. Sicut enim proprium subiectum lucis secundum suum perfectum esse est densum, unde et stella dicitur esse densior pars spere, sic proprium subiectum coloris, qui aliquo modo uergit ad naturam lucis, est perspicuum terminatum per opacum; subiectum autem utriusque secundum esse imperfectum est perspicuum non densum nec terminatum. Et sicut est de luce et lumine, colore et specie, sic est de qualibet forma et specie ipsam immediate representante, quod scilicet sunt eiusdem rationis specificice.

Quod apparet per rationem sic: Illud quod est solum ratio cognoscendi et non proprie medium cognitum non ducit in cognitionem alterius nisi ratione perfecte similitudinis; unde et similitudo dicitur per quamdam expressionem. Medium autem cognitum potest ducere in alterius cognitionem ratione cuiuscumque habitudinis, scilicet ut causa uel ut effectus, ut simile uel ut oppositum et qualitercumque aliter, set species ratione so-

*deest* 3

540

545

550

555

560

565 lius similitudinis, ut dictum est; perfecta autem similitudo non  
est differentium secundum speciem; ergo etc.

Patet ergo maior; minor etiam de se clara est; ergo sequitur  
conclusio, scilicet quod in angelo non sunt species quidditates  
rerum ei representantes.

570 [A37] Si quis autem dicat quod species representans est  
eiusdem rationis cum <re> representata, non in essendo, set in  
representando, | uane loquitur. Representat enim non, quia ef-  
fectus rei, quia sic omnis effectus esset species, nec ratione cuius-  
cumque alterius habitudinis nisi huius, quia secundum illud  
575 quod est | est similitudo rei. Et ideo secundum illud quod est  
non potest esse alterius speciei. Propter quod nullius quidditatis  
substantialis potest esse species aliqua in mente eam represen-  
tans apud quemcumque intellectum creatum uel increatum nec  
ipsamet essentia diuina est intellectui diuino ratio representans  
580 alia ut species, set solum ut medium cognitum.

[A38] Secundo patet idem, scilicet quod species non potest  
esse in angelo ut ratio cognoscendi, quia illud quod est solum  
ratio cognoscendi alterum, impossibile est quod sit primum  
cognitum, set solum cognoscitur per reflexionem intellectus  
585 ab obiecto supra se ipsum. Vnde sensus, qui non est supra se  
ipsum conuersiuus, numquam apprehendit speciem ipsum in-  
formantem. Intellectus autem, si quam habeat, potest eam ap-  
prehendere conuertendo se ab obiecto ad speciem ipsum re-  
presentantem; set species in angelo est ab ipso prius cognita uel  
590 considerata quam res cuius est species; ergo ipsa non est solum  
ratio cognoscendi. Probatio minoris: secundum istos angelus  
non semper actu intelligit omne illud cuius habet speciem.  
Peto ergo qualiter de nouo intelligit aliquid, et respondeo quod

*deest* B

*D87va*

*O,70v*

conuertendo se supra speciem; set conuersio intellectus non est nisi per actum suum, qui est intelligere; ergo conuertitur super speciem intelligendo eam et per eam obiectum.

*O,71r* Et item angelus cognoscendo semper et perfecte suam essentiam, uidet ea que sunt in ipsa, uidet ergo species non considerando actu ea quorum sunt species. Sunt ergo | aliquid prius cognitum obiecto, quandoque ordine nature et quandoque ordine temporis. Et hec fuit minor, ex qua sequitur quod intellectus angelicus est uere discursiuus, quia cognoscere unum ex alio et post aliud est uere discurrere; set angelus secundum istos prius cognoscit speciem et postea ex specie cognita considerat de obiecto; ergo uere discurrit, quod nullus dicit. Patet ergo quod nullo modo sunt ponende species in angelo, nec ut medium cognitum, nec ut ratio cognoscendi. Igitur angeli non cognoscunt alia a se per species.

[A39] Item nec per essentiam, quod est secundum principaliter propositum, quod patet sic: Si essentia angeli representaret intellectui angelico alia a se, hoc esset pro tanto, quia est perfectissima inter species substantie continens in se aliquo modo omnium inferiorum perfectiones, ut tactum est in quadam ratione prius facta. Set quod hoc non sufficiat, probatio, quia omne quod representat aliqua per hoc quod continet ea uel eorum perfectiones, si representat ea distincte, continet ea distincte formaliter uel uirtute; sicut enim representat, sic continet, si tamen ratione continentie representat; set essentia angeli non continet distincte et formaliter perfectiones aliorum, ut clarum est de se, nec uirtualiter, cum non sit eorum causa; ergo non representat ea distincte. Et tamen distincte cognoscuntur ab angelo. Ergo  
*O,71v* non propter hoc quod represententur ab essentia angeli. | Idem

*deest* 23

595

600

605

610

615

620

dico de essentia diuina, quod non representat distincte alia a se  
per hoc quod perfectissima est absolute, set quia uirtualiter et  
625 causaliter continet omnia alia a se.

Et si dicatur quod essentia angeli uirtualiter ac distincte  
continet species rerum generabilium, quia mouendo celum est  
causa earum, dicendum quod non est causa nisi sicut applicans  
actiua passiuus, et non sicut habens uirtutem talia producendi.

630 [A40] Quod ergo | prius arguebatur contra aliorum posi-  
tionem quod essentia angeli propter hoc quod continet aliorum  
perfectiones potest representare, inducebatur contra illud quod  
alii dicebant quod essentia angeli, quia est limitata ad genus et  
ad speciem, non potest alia representare; istud enim non impe-  
635 diret nisi aliud obsisteret hoc, scilicet quod dictum est, quia non  
est causa aliorum.

[A41] Patet igitur quod angelus non intelligit alia a se per  
species nec per essentiam propriam. Per quid ergo? Dico quod  
per ipsarummet rerum presentiam in se uel in causis suis; in se,  
640 ut sunt res incorruptibiles, in causis suis, ut corruptibiles, que  
dependent ex causis pure naturalibus, ut postea magis patebit.  
Non enim requiritur ad cognitionem nisi presentia obiecti, ut  
sepe dictum est; omne autem actu ens eo ipso presens est ange-  
lo presentia que sufficit ad eius cognitionem et eorum que ex  
645 necessitate sequuntur ad ipsum; que presentia non attenditur se-  
cundum situm, qui competit corporibus, set secundum ordinem,  
qui facit idem in spiritibus | quod facit situs in corporibus se-  
cundum AVGVSTINVM. Hunc autem ordinem, qui facit talem

*deest B**V172rb**D87vb**O<sub>1</sub>72r*



presentiam, non puto alium esse nisi proportionem intellectus angelici ad omne illud quod participat naturam entis, cum inter ea non sit ymaginabilis distantia uel absentia secundum situm sicut in corporibus.

[A42] Ad primum argumentum dicendum quod ad hoc quod intellectus intelligat, sufficit quod res intelligibilis sit presens obiectiue intellectui secundum se uel secundum aliquid eam representans. Quod autem sit in intellectu subiectiue, accidit, sicut in anima nostra contingit, maxime in potentiis sensitiuis, quidquid sit de intellectu. Res autem distans, ut color parietis, efficitur presens uisui per illud quod causat in organo quod, cum sit accidens, est in eo ut in subiecto. Quod enim sit presens uisui, necessarium est ad uisionem; quod autem sit in eo ut in subiecto, accidit uisioni. Dictum autem est quod res se ipsis uel mediantibus causis suis sunt presentes obiectiue intellectui angeli. Nec oportet quod sint in angelo subiectiue nec secundum se nec secundum suas species.

[A43] Ad secundum dicendum quod non est intentio actoris *De causis* quod in angelis sint species subiectiue, set solum obiectiue; species dico, idest rationes rerum cognitarum, quod patet ex commento XIII propositionis eiusdem libri, ubi dicitur sic: *Quando intelligentia scit essentiam suam, scit reliquas res que sunt sub ea, quoniam sunt ex ea.* Et licet in hoc errauerint tam ipse quam alii philosophi | quod posuerunt intelligentias esse causas rerum, <tamen hoc> sufficit ad propositum nostrum quod numquam intellexerunt quod in angelis sint subiectiue alique species quibus intelligant alia a se, cum dicant expresse quod ea que sunt sub se cognoscunt per suam essentiam.

deest 23

650

655

660

665

670

675

<QVESTIO SEXTA  
VTRVM ANGELVS SVPERIOR INTELLIGAT  
PER SPECIES MAGIS VNIVERSALES QVAM INFERIOR>

[A1] Deinde queritur utrum angelus superior intelligat per species magis uniuersales quam inferior. Videtur quod sic, quia sicut se habet sensus ad intellectum nostrum, sic se uidetur habere intellectus noster ad angelicum et unius angeli ad alterum. Hee enim uirtutes cognoscitiue sunt sibi subordinate et omnes specie differunt; set intellectus noster recipit species magis uniuersales quam sensus, ut de se patet; ergo similiter intellectus angelicus infimus recipit species uniuersaliores quam intellectus noster et intellectus angelicus supremus quam infimus.

[A2] Item *DYONISIVS XII cap. Celesti hierarchia dicit quod superiores angeli habent scientiam magis uniuersalem* quam inferiores; set hoc non esset, nisi intelligeret per species magis uniuersales; quare etc.

[A3] Ad idem uidetur esse quod dicitur X propositione *De causis: Omnis intelligentia plena est formis. Verumptamen in quibusdam sunt forme magis uniuersales, scilicet in superioribus;* quare etc.

[A4] In oppositum arguitur: In omnibus angelis est idem id quo se intelligunt et essentia sua, ut uisum fuit prius; ergo per eandem rationem illud est in eis unum et idem per quod intelligunt alia a se.

deest 38

[A5] Responso. Supposito quod angeli intelligant alia a se per species, quo non supposito locum non haberet questio, notandum quod species dicitur uniuersalior, quia ducit in plurium cognitionem. Hoc autem potest esse dupliciter: uno modo ex sola condicione subiecti et non speciei, sicut subtilis homo ex eodem principio secundum se equales conclusiones continente elicit plures conclusiones quam rudis; alio modo ex ipsa natura speciei, quemadmodum species intellegibilis ex sua natura plura representat quam sensibilis, quia intellegibilis species representat naturam communem que in pluribus reperiri potest, sensibilis uero naturam singularem que est in uno solo. Vtroque autem istorum modorum dicunt aliqui quod angeli superiores intelligunt per species magis uniuersales. In eis enim est lumen intellectuale clarius et limpidius et ideo per idem plura cognoscunt primo modo; species etiam in eis existentes sunt de natura sua plurium representatiue. Quod probant sic secundum COMMENTATOREM XI *M e t h a p h i s i c e*: Ordo intellectuum attenditur secundum differentiam inter intelligens et intellectum. Nunc est ita quod in supremo intellectu, scilicet diuino, nulla est differentia inter ipsum et suum intelligibile, set sunt unum et idem: intelligit enim se per se et alia a se; ergo in intellectu angelico huic magis propinquo minor est differentia quam in intellectu angelico inferiore et a diuino intellectu magis remoto; set non esset minor differentia, nisi esset minor compositio, nec minor esset compositio, nisi essent pauciores species; ergo

*deest* 23

30

35

40

45

50 in intellectu angeli superioris sunt pauciores species quam in intellectu angeli inferioris; si autem pauciores, et | uniuersaliores, cum tot cognoscat angelus superior per illas paucas, quot angelus inferior per multas; quare etc.

[A6] Istud autem non uidetur sufficienter dictum propter  
 55 duo. Primum est, quia species in mente angelica non potest plurimum esse representatiua quam ydea in mente diuina; alioquin effectus excederet causam suam, quia species in mente angeli non sunt aliud quam quedam participatio ydearum existentium in mente diuina; set una ydea in mente diuina non est representatiua nisi unius speciei, ut patet per AVGVSTINVM lib. LXXXIII  
 60 q u e s t i o n u m , ubi dicit quod alia ratione conditus est homo, alia equus. Si autem una ratione esset cognitus homo et equus, una ratione conditus homo et equus, quia rationes ydeales sunt principium cognoscendi et fiendi. Bene etiam in hoc posuit  
 65 PLATO, qui non posuit ydeas generum, set specierum; ergo species in mente cuiuscumque angeli non potest representare nisi res unius speciei; set hoc habent omnes angeli a sua creatione; ergo omnes angeli intelligunt per equales species et equaliter representatiuas et per unamquamque speciem tot intelligit unus  
 70 angelus quot intelligit alius, licet limpidius intelligat unus quam alius et ita neutro dictorum modorum sunt uniuersaliores species in mente unius angeli quam alterius.

[A7] Idem patet secundo sic: Angelus inferior intelligit hominem et quecumque sub homine continentur per unam |  
 75 speciem. Si autem angelus superior intelligit plura per unam speciem, oportet quod intelligat per eam animal et quecumque sub animali continentur, et adhuc superior illo intelligit per unam speciem corpus animatum et quecumque sub ipso continentur,

deest B

O,73v

O,74r

et sic usque ad ens. Cum enim species sint coequeue sub genere, non potest assignari ratio quare species in mente angeli representans plus quam hominem sub animali representet quasdam animalis species et quasdam non. Et idem dico de speciebus corporis animati et sic semper usque ad ens.

[A8] Hiis autem existentibus necessarium erit dicere quod non sint plures species angelorum quam sint genera rerum, quod est inconueniens illis, precipue qui ponunt angelos esse in aliquo magno numero et omnes differre specie, aut erit deuenire ad aliquem angelum qui omnia intelliget absque specie, quod item est inconueniens.

[A9] Si uero quis dicat quod species <una> in mente angeli non representat nisi ea que sunt unius speciei in rebus, tamen, quia circa unam rem sunt multi et quasi infiniti respectus et habitudines et de hiis plura intelligit superior angelus per unam speciem quam inferior, hoc non ualet, quia nec species in mente angelica nec ydea in mente diuina est per se et primo representatiua nisi rei, respectus autem, | unde respectus, nulla res est supra suum fundamentum, ut declaratum fuit in primo libro; ergo nec ydea in mente diuina nec species in mente angelica est representatiua alicuius habitudinis uel respectus, nisi quatinus representat naturam que est illius habitudinis fundamentum quam representando representat ex consequenti omnes eius habitudines et respectus. Et ita species una ex natura sua non plus representat quam alia.

*deest* 3

80

85

90

95

100

[A10] Item cum omnes angeli ab instanti sue creationis ha-  
 105 buerint plenissimam de rebus naturalibus cognitionem secun-  
 dum AVGVSTINVM S u p e r G e n e s i m , non est credibile quod  
 alique de naturalibus rerum habitudinibus lateant aliquem eo-  
 rum et aliquem non, immo quilibet per equales species cogno-  
 110 scit equales res et equales rerum habitudines, quamquam supe-  
 rior clarius et limpidius quam inferior.

Et hoc uidetur esse tenendum, quia, si species in mente ange-  
 li superioris posset plura representare, hoc esset uel in quantum  
 esset una secundum rem et rationem uel in quantum esset una  
 secundum rem <et plures secundum rationem>. Non in quan-  
 115 tum est una secundum rem et rationem, quia nullum tale potest  
 representare plura ut plura et ita per talem speciem non haberet  
 angelus de rebus propriam cognitionem, quod est inconueniens;  
 nec in quantum est una secundum rem et plures secundum rati-  
 onem, quia circa illud quod est unum realiter non fit pluralitas  
 120 rationis nisi | per intellectum negotiantem obiectiue circa rem  
 illam, quia ratio non est aliud quam habitudo cointellecta rei.

Isto etiam modo ponimus in diuinis pluralitatem rationum  
 ydealium, ut uisum fuit in I libro. Oporteret igitur quod in-  
 tellectus angelicus | prius ferretur in species ipsas tamquam in  
 125 obiecta et sic circa unam speciem formaret diuersitatem ratio-  
 num antequam per eam posset plura distincte cognoscere, quod  
 uidetur inconueniens, quia sic esset principalius obiectum in-  
 tellectus angelici species quam res, quod non est uerum. Nullo

*deest B**O,75r**D88rb*

igitur modo dicendum est quod angelus superior intelligat per species uniuersaliores quam angelus inferior, quamquam perfectius intelligat et clarius.

[A11] Ad illud autem in quo fundatur prima opinio non est difficile soluere uidenti intentionem COMMENTATORIS. Non est enim eius intentio quod in sola causa prima non differant intelligens et intellectum, in aliis autem omnibus differant secundum plus et minus, cum ipse expresse ponat quod in omnibus intelligentiis idem sunt intellectus et intellectum et ipsum intelligere sicut in causa prima, licet sub minori actualitate, set uult dicere quod in omnibus separatis sit idem intelligens et id quod intelligitur, hoc tamen est simpliciori | et actualiori modo in Deo, in aliis autem secundum plus et minus, secundum quod magis uel minus accedunt ad intellectum primum. Et ita dictum COMMENTATORIS non est ad propositum, cum | non ponat species in angelis.

[A12] Ad primum argumentum dicendum est quod non est simile de sensu ad intellectum et de uno intellectu ad alterum, quia cum sensus sit uirtus organica, non recipit speciem obiecti nisi cum condicionibus singularitatis. Omnes autem intellectus in hoc conueniunt, quod recipiunt speciem quidditatis uniuersalis ratione sue immaterialitatis, et sicut omnis intellectus est apprehensiuus omnis quidditatis, sic est susceptiuus omnis speciei secundum omnem rationem uniuersalitatis nec in hoc differunt noster intellectus et angelicus nec intellectus unius angeli ab intellectu alterius, quamuis in multis aliis differant.

[A12] Quod obicitur de DYONISIO potest dici quod DYONISVS loquitur de cognitione quam habent angeli per reuelationem

*deest* 38

130

135

140

145

150

155

secundum quam est possibile quod in uno principio uideat angelus superior plures conclusiones quam angelus inferior propter maiorem perfectionem luminis intellectualis in eo existentis, 160 quamuis illud principium sit secundum se equalium contentium. Nos autem querimus hic de naturali cognitione angelorum secundum quam omnes naturaliter equalia cognoscunt per equales species, licet quidam perfectius, quidam minus perfecte, ut dictum est. Quod si de hac intelligatur dictum DYONISII, 165 exponendum est 'uniuersaliorem', idest simpliciorem. Sicut enim angelus superior est nature simplicioris, sic illud quod in eo recipitur simplicius recipitur. Et sic uidetur accipere | uniuersalius pro simplici actor *D e c a u s i s* X propositione etc. Ponit enim diuersitatem specierum in intelligentiis non ex parte specierum, set intelligentiarum in quibus species recipiuntur, ut patet in commento eiusdem propositionis et idem ponit PROCLVS, 170 si tamen isti umquam intellexerunt ponere in angelis species ab eis realiter differentes. Per hoc patet ad tertium.

*deest* B*O,76r*

## &lt;QVESTIO SEPTIMA

## VTRVM ANGELI POSSINT COGNOSCERE SINGVLARIA&gt;

[A1] Post hoc queritur utrum angeli per species quas habent possint cognoscere singularia. Et uidetur quod non, quia, si angelus

*deest* B



cognosceret singularia aut ergo per aliquid unum aut per plura. Non per unum, quia unum ut unum non ducit in cognitionem plurium, ut plura sunt; nec per plura realiter, quia tunc essent in angelo tot species quot possunt esse singularia sub specie, et ita essent infinite species; nec per unum secundum rem, plura autem secundum rationem, quia pluralitatem rationis facit solus intellectus circa obiectum, species autem rationem obiecti non habet; quare etc.

[A2] Item intellectus angelicus, cum nichil recipiat a rebus, equaliter se habet ad res presentes et absentes siue futuras; set angelus aliqua futura singularia non cognoscit; ergo nec presentia. Minor probatur, | quia angeli non cognoscunt internas animi affectiones; multa autem futura dependent ab internis affectionibus animi, ut homines futuri, quorum principium est uoluntas parentum mouens ad generandum; quare etc.

[A3] In contrarium est, quia *perfectior est cognitio angelorum quam nostra; set nos cognoscimus singularia; ergo multo fortius angeli.*

[A4] Ad idem est auctoritas Scripture, que ponit aliquos angelos homines custodire; non custodirent autem nisi eos cognoscerent; quare etc.

[A5] Responsio. Cum experimenta multa doceant angelos singularia cognoscere, sicut patet | in energuminis et in factis magicis, solum restat difficultas de modo cognoscendi.

deest 33

10

15

20

25

Dicitur enim communiter quod *eadem ratio cognitionis singu-*  
 30 *larium est in Deo et in angelis. Oportet enim uirtutem qua singu-*  
*lare cognoscitur habere apud se rei similitudinem quantum ad con-*  
*ditiones indiuiduantes; propter quod per speciem que est in sensu*  
*cognoscitur singulare et non per speciem que est in intellectu. Ydea*  
 autem que est *in mente diuina est similitudo rei non solum quan-*  
 35 *tum ad formam a qua ratio uniuersalitatit sumitur, set quantum*  
*ad materiam que est indiuiduationis principium, et ideo per eam*  
 cognoscit Deus res *non solum in uniuersali, set in particulari.*  
*Forme autem que sunt in mente angelica simillime sunt rationibus*  
*ydealibus que sunt in mente diuina, sicut exemplariter et immedia-*  
 40 *te deducte ab eis, et | ideo representant res non solum quantum*  
 ad condiciones uniuersales, set etiam quantum *ad condiciones*  
*indiuiduantes; propter quod per eas possunt angeli singularia*  
 cognoscere.

[A6] Quamuis hec opinio ponat materiam esse principium  
 45 indiuiduationis, quod supra improbatum fuit, tamen in prin-  
 cipali etiam defficit. Si enim species in mente angelica per hoc  
 quod simillima est ydee in mente diuina representat singulare  
 quantum ad condiciones singularitatis ac per hoc cognoscit an-  
 gelus singulare, tunc per eam cognoscet angelus singulare fu-  
 50 turum sicut presens uel preteritum. Vnumquodque enim per  
 hoc intelligitur quod ratio eius est in intellectu. Species autem  
 representatiua singularis non aliter est in mente angeli cum est  
 presens uel preteritum quam esset dum erat futurum; quare  
 equaliter cognoscet angelus singulare presens, preteritum et fu-

deest B

O,77r

turum, quod falsum est, cum aliqua singularia futura dependeant a futuro motu liberi arbitri, ut prius arguebatur.

[A7] Quod si quis dicat quod singulare presens conformatur speciei in mente angeli ac per hoc cognoscitur, non autem dum est futurum, non ualet, quia non plus conformatur speciei existenti in mente angeli singulare preteritum quam futurum, quia neutrum eorum | est actu. Si ergo propter defectum actualis conformitatis non intelligit angelus singulare futurum, pari ratione nec intelligeret preteritum, quod est absurdum.

[A8] Item species in mente angelica simillima est speciei ydee in mente diuina, ut ipsi dicunt; set illa eque representat rem futuram ut presentem; | ergo et ista.

[A9] Adhuc angelus per speciem quam habet cognoscit rem secundum rationem sue uniuersalitatis et sue singularitatis; set ad cognoscendum rem aliquam secundum rationem sue uniuersalitatis non requiritur inter rem et speciem actualis conformitas, quia, si nullus homo esset, nichilominus cognosceret angelus quid est homo: nos etiam scimus quid est rosa nulla rosa existente; quare similiter ad cognoscendum rem aliquam secundum rationem sue singularitatis non requiritur inter rem et speciem quam habet angelus actualis conformitas.

[A10] Preterea minoris efficacie uidetur esse ad representandum rem absentem species in fantasia quam species in mente angelica. Illa enim non fit nisi *a sensu secundum actum*, ut dicitur II De anima, qui sensus non est nisi presentium, hec autem deducitur ab ydea diuina, que est absentium et presentium. Cum igitur species in fantasia non requirat actualem conformitatem

deest 33

60

65

70

75

80

ad hoc quod ducat in cognitionem | rei singularis, multo minus hoc requiret species in mente angeli; quare etc.

[A11] Alii dicunt quod ex applicatione specierum ad hoc  
85 particulare uel illud determinatur cognitio angeli ut hoc singulare uel illud cognoscat, quemadmodum, *si lux solis esset* cognoscitiua, cognosceret *corpora* quibus incideret.

[A12] Set istud implicat contradictionem, quia aut intellectus angelicus precognoscit singulare cui speciem applicat, et tunc  
90 ex applicatione non oritur cognitio, set ex cognitione applicatio, aut non precognoscit et sic non applicat. Intellectus enim uel agens per intellectum non agit nisi intelligendo; quod si non intelligit, non agit; non ergo angelus speciem quam habet singulari applicat, nisi singulare precognoscat; applicatio enim uoluntaria  
95 cognitionem supponit. Nec exemplum inductum ualet. Numquam enim lux solis, dato quod esset cognoscitiua, cognosceret corpora per hoc quod eis incideret, nisi ex hoc ratio eorum fieret in ipsa, quia per hoc unumquodque cognoscitur quod ratio eius est in cognoscente, nec angelus sciret singularia per hoc quod eis  
100 applicaretur, nisi ex hoc rationes singularium fierent in mente angelica. Et sic rediret illa absurda opinio que dicit quod angeli ex sensibus cognitionem | accipiunt sicut et nos.

[A13] Dicendum est igitur aliter quod singularia se habent | in duplici differentia. Quedam enim dependent quantum ad  
105 suum esse et fieri solum ex causis naturalibus, quedam autem

*deest B*

*O,78r*

*O,77vbis*

*D88vb*

dependent uel quantum ad esse uel quantum ad fieri ex libero arbitrio. Singularia autem que dependent solum ex causis naturalibus, siue sint preterita siue presentia siue futura contingentia uel necessaria, cognoscuntur infallibiliter ab angelo quid sint <et> an sint per hoc quod angelus perfecte cognoscit totum ordinem causarum naturalium uniuersi; quod patet, quia *sicut a causa necessaria infallibiliter sequitur effectus* et in ea cognoscitur quid sit et an sit, sic a *causa contingente* et impedibili, *si non sit impedita*, infallibiliter sequitur effectus et in ea cognoscitur quid sit et an sit. Cum igitur angelus cognoscat perfecte omnes causas naturales necessarias et contingentes seu impedibiles et omnem causarum habitudinem ac per hoc sciat que causa aliam impedit uel non impedit, manifestum est quod per hoc cognoscit omnes effectus pure naturales necessarios et contingentes quid sint et an sint, siue sint preteriti siue presentes siue futuri. Istud autem plenius deductum fuit lib. I dist. 38.

*O,78rbis*

[A14] Quod si quis dicat | quod idem dubium assumitur quod queritur - queritur enim an angelus cognoscat singularia et qualiter, ratio autem inducta assumit quod angelus cognoscit omnes causas naturales, quas cognoscendo cognoscit omnes effectus, actiones enim sunt singularium et effectus singularis requirit causam singularem, ut habetur *II P h i s i c o r u m*; ergo angeli cognoscendo causas naturales rerum ex quibus effectus singulares producuntur cognoscunt quedam singularia, quod querit questio -, assumitur igitur quod queritur et ita uidetur ratio petere principium.

[A15] Et dicendum quod secus est de singularibus incorruptibilibus et corruptibilibus. Singularia enim incorruptibilia,

*deest* 38

110

115

120

125

130

ut celum et huiusmodi, secundum se pertinent ad perfectionem  
 135 uniuersi, non solum quantum ad suas species. Singularia au-  
 tem corruptibilia uel partes corruptibilium non pertinent ad  
 perfectionem uniuersi secundum se, set secundum suas species;  
 Deus autem creando res in natura sua simul earum cognitionem  
 impressit in mente angelica, principaliter quidem quantum ad  
 140 principales uniuersi partes, propter quod cognitionem omnium  
 specierum generaliter et omnium singularium incorruptibilium  
 indidit menti angelice. Cognitionem autem singularium gene-  
 rabilium et corruptibilium non indidit nisi in suis | causis, ut  
 dictum est, quia illa habent immediate ordinem ad intellectum  
 145 angelicum, hec autem non nisi mediantibus illis. Sic igitur patet  
 quomodo singularia que dependent solum ex causis naturalibus  
 cognoscuntur ab angelo.

[A16] De singularibus autem que uel quantum ad esse uel  
 quantum ad fieri dependent a libero arbitrio est maior difficul-  
 150 tas. Circa quam sunt duo consideranda. Vnum est quod talium  
 singularium quedam sunt futura, quedam presentia, quedam  
 preterita. Aliud est quod liberum arbitrium reperitur in Deo,  
 in angelis et in nobis. Futura igitur que ex solo libero arbitrio  
 diuino dependent non possunt ab angelis cognosci quid sint uel  
 155 an sint nisi per reuelationem. De hiis enim sunt illuminationes,  
 ut patebit inferius. Vnde misteria gratie, sicut incarnationem  
 Christi et similia, non cognouerunt angeli a principio, nisi qui-  
 bus reuelatum est et qui de hoc illuminati fuerunt. Et causa est,  
 quia rationes talium nullo modo preexistebant in causis natura-  
 160 libus, set solum in mente diuina, que sibi soli plenissime nota  
 est. Futura autem que dependent ex libero arbitrio | angeli potest  
 angelus cognoscere, sicut et unusquisque suam affectionem co-

*deest B**O,78v**V173rb*

*O,79r* gnoscit. Que autem dependent ex arbitrio alterius angeli uel nostro non potest angelus | per certitudinem cognoscere an sint, set per aliquam coniecturam, quia inclinationem uoluntatis nostre uel angeli, ut in se est, non potest alius angelus cognoscere, ut patebit inferius; quia, tamen uoluntas nostra frequenter uincitur ab appetitu sensitio, qui subditur actioni corporum celestium, potest angelus coniecturare de futuro motu uoluntatis nostre ex hiis que scit futura circa appetitum sensitium, et ideo de futuris effectibus nostre uoluntatis potest habere aliquam coniecturam, set non certitudinem.

[A17] Que autem sunt iam preterita uel presentia per liberum arbitrium facta, si sint supernaturalia, ut incarnatio, non puto quod possint cognosci ab angelo quid sint uel an sint nisi per reuelationem, et est eadem ratio que prius, quia rationes talium nullo modo sunt in causis naturalibus. Vnde nec Christus agnitus est | a demonibus nisi per reuelationem uel aliquam coniecturam ex miraculis et operibus eius sumptam. Que autem non sunt supernaturalia, set infra naturam, ut opera nostra uel angelica, rationes quidem habent in causis naturalibus, ut sanitas per medicinam inducta causam proximam habet uirtutem alicuius rei naturalis, puta herbe uel alicuius | huiusmodi quod per opus medici adhibetur. Numquam enim agens per artem homo uel angelus immediate causat formam aliquam nisi adhibendo res naturales quarum actione fit quidquid fit. Homo autem uel angelus solum habent mouere res naturales secundum locum, ut approximentur et agant, ut declaratum fuit libro I dist. 8. Et ideo omnia huiusmodi opera in quibus forma aliqua

*deest* 23

165

170

175

180

185

190 realis inducitur sunt quidam effectus naturales quantum ad id  
 quod sunt et quantum ad suum fieri quoad proximas et per se  
 causas, solum autem dependent a uoluntate hominis quantum  
 ad suum fieri et tamquam a causa sine qua non, quia, si homo  
 uel angelus res naturales non approximarent, non agerent.

195 [A18] Cum igitur angelus perfecte cognoscat omnes effectus  
 pure naturales in uniuersali et in singulari per hoc quod per-  
 fecte cognoscit totam habitudinem causarum naturalium, ut  
 dictum est, predicti autem effectus quantum ad id quod sunt  
 pure naturales sunt, manifestum est quod cognoscuntur ab an-  
 200 gelis in uniuersali et in particulari quantum ad id quod sunt.  
 Vnde sicut scit angelus quid est rosa et hec rosa, sic scit quid est  
 sanitas et hec sanitas. Set an sit qualiter cognoscit, dicendum  
 quod, sicut in nobis cognitio sensitua perficit intellectiuam  
 aliquo modo, in quantum iudicium de intelligibilibus habetur  
 205 per resolutionem ad sensibilia (*experimentum enim sermonum*  
*uerorum est ut concordent rebus sensatis*, ut ait | COMMENTA-  
 TOR), sic ergo intellectiua in angelo secundum se perfecta est.  
 Non enim solum cognoscit de rebus presentibus an sint uel non  
 simplici cognitione correspondente intellectiue cognitioni, set  
 210 experimentalis correspondente nostre sensitue, ita quod, sicut  
 astrologus cognoscit eclipsim futuram uel presentem per in-  
 tellectum ex cognitione causarum eclipsis et nichilominus de  
 presente eclipsi habet per uisum cognitionem experimentalem  
 quasi probantem et confirmantem priorem cognitionem, sic an-  
 215 gelus de effectibus futuris uel presentibus que dependent solum  
 ex causis naturalibus habet cognitionem simplicem ex cogni-

deest 3

O,90r



tione causarum talium effectuum et quasi experimentalem ex actuali presentia earum, que est quasi probans et confirmans priorem cognitionem.

Et huius probatio est, quia per hoc unumquodque cognoscitur quod presens est uirtuti cognitiue, ut deductum fuit prius. Effectus autem pure naturales presentes sunt cognitioni angelice secundum esse quod habent in causis suis in quibus habent aliquam determinationem et secundum esse sue actualis existentie. Effectus autem dependentes ex libero arbitrio non sunt eis presentes secundum preexistentiam quam habent in causis suis, quia in eis nullam habent determinationem nisi forte coniecturalem, set solum secundum esse sue actualis existentie; quare |  
*O,90v* de effectibus primis habet angelus illam duplicem cognitionem, de aliis autem non nisi alteram, scilicet experimentalem ex eorum actuali existentia. Hanc autem presentiam non credo quod faciat aliqua species, set ordo in spiritibus, sicut situs in corporibus, ut dictum fuit prius. Set uidetur quod incidamus in idem inconueniens in quo et primi, quia singularia preterita nec in se nec in causis suis habent aliquam determinationem; ergo de eis angelus nullam habebit cognitionem. Non enim est aliquid presens angelice cognitioni, nisi quod habet aliquod determinatum esse uel in se uel in causa sua. Et dicendum quod preterita habent determinationem non in esse, quia nec hoc cognoscit angelus de preteritis, quia falleretur, set in fuisse; non sic autem futura in fore, quia postquam res esse habuit, uerum est infallibiliter dicere quod fuit, quia non potest non fuisse, set antequam esse habeat, non est uerum infallibiliter dicere <quod erit>, quia potest non fore. Propter quod angeli possunt talia  
*V173va* preterita infallibiliter cognoscere, non autem futura. | Deus au-

*deest* 23

220

225

230

235

240

245

tem, qui est omnium causa et in quo omnia determinationem habent, omnia cognoscit, presentia, preterita et futura naturalia et supernaturalia, quid sint et an sint.

250 Ex hiis patet qualiter sit intelligendum uerbum ISIDORI quod ponitur | infra dist. 7, scilicet quod *demonēs* (et idem est de omnibus angelis) *uigent triplici acumine scientie, scilicet subtilitate nature, experientia temporum et reuelatione supernorum spirituum*. Subtilitate enim nature cognoscunt | effectus naturales in suis causis et causas in effectibus; experientia temporum cognoscunt effectus presentes qui in causis suis nullam prehabent determinationem, ut sunt effectus liberi arbitri; per reuelationem autem cognoscunt effectus supernaturales.

[A19] Ad rationes patet solutio.

260 [A20] Prima enim bene concludit quod angeli non intelligunt singularia per species concreatas uel acquisitas, quod concedimus, set intelligunt ea modo quo in corpore solutionis expressum est, scilicet ex hoc quod presentia sunt intellectui angelico uel in se uel in causis suis uel utroque modo, quam presentiam facit ordo et non aliqua species.

265 [A21] Ad secundam rationem dicendum quod, quamuis intellectus angelicus nichil accipiat a rebus, tamen non propter hoc equaliter se habet ad preterita, presentia et futura, quia, cum hec non habeant in se uel in causis suis eandem determinationem, non possunt habere ad intellectum angelicum eundem ordinem. Presentiam autem intelligibilis | intellectui facit ordo, ut sepe dictum est, sine qua presentia non fit intelligere; ideo etc.

*deest* B

*O,91r*

*D89b*

*O,91v*

<QVESTIO OCTAVA  
VTRVM INTELLECTVS ANGELICVS SIT  
QVANDOQVE IN POTENTIA AD INTELLIGERE>

[A1] Secundo queritur utrum intellectus angelicus sit quandoque in potentia ad intelligere. Et uidetur quod sic, quia contingit multa scire, intelligere uero unum solum I I T o p i c o r u m ; igitur angelus non simul omnia intelligit; ergo intelligendo unum est in potentia ad intelligendum alia.	deest 23 5
[A2] Item intellectus qui non est quandoque in potentia, set semper in actu est actus purus; set nullus intellectus est talis, nisi diuinus; quare etc.	10
[A3] Contra. In omni natura intellectiua, que quandoque est in potentia, quandoque in actu, est inuenire intellectum agentem et possibilem; set in angelo non distinguimus hos duos intellectus; quare etc.	15
[A4] Item si angelus esset in potentia ad cognitionem alicuius intelligibilis, quandoque reduceretur in actum eius; set hoc non posset a se ipso, quia <i>nichil reducit se ipsum de potentia ad actum</i> nec ab intelligibili, quia a rebus intelligibilibus nichil recipit intellectus angelicus nec ab alio angelo seu a Deo, quia hoc pertinet ad cognitionem reuelationis et non ad cognitionem naturalem; ergo etc.	20
[A5] Responsio. Hec questio et illa qua queritur an angelus simul omnia intelligat que subsunt sue naturali cognitioni, uidentur mutuo se includere et quasi   una questio esse. Et	25

ideo notandum soluendo utramque questionem, quod, cum potentia dicatur in habitudine ad actum et *actus sit duplex, scilicet primus et secundus*, est etiam duplex potentia, scilicet ad actum primum et ad actum secundum. Actus uero primus, ut quidam  
 30 dicunt, est forma intelligibilis uel species; actus secundus est considerare. Ad actum primum *intellectus angeli numquam est in potentia*, quia illum gradum tenent angeli in spiritualibus substantiis quem tenent corpora celestia in corporeis; *corpora* autem celestia *non sunt in potentia ad formam, que non sit com-*  
 35 *pleta per actum*; ergo nec potentia intellectiua angeli est, *que non sit totaliter completa per formas intelligibiles*. Ad actum autem secundum, qui est considerare, est in eis potentia separata ab actu. *Non enim semper actu cogitant omnia* quorum species habent, set potest angelus, cum sit substantia uolens et libera, uti una  
 40 specie et non altera ad intelligendum unum et non aliud.

[A6] Hec opinio uera est quoad aliquid et quoad aliquid non. Quod enim dicitur quod intellectus angeli numquam est in potentia ad actum primum uerum est non solum de angelo, set etiam de nobis. Intellectus enim comparatur ad intelligere  
 45 sicut actus primus | ad secundum, ut declaratum fuit prius. Et ideo dicere quod habens intellectum sit in potentia ad actum primum est implicare contradictionem. Nec obuiat huic illud quod dicitur III De anima et IV Phisicorum quod intellectus noster aliter est in potentia ante addiscere et post,

deest B

O, 92v

quia ante addiscere est in potentia ad actum <primum, qui est scientia, set post solum est in potentia ad actum> secundum, qui est considerare, quia scientia non est actus primus <per respectum> ad considerare quantum ad essentiam actus, set solus intellectus, set quantum ad modum quem ponit scientia sicut quicumque alius habitus. Nullus enim habitus elicit actum, set solum ponit modum.

[A7] In aliis autem multis defficit hec opinio. Primo in hoc quod dicit species intelligibiles esse actum primum elicientem actum secundum. Hoc enim non est uerum, ut multipliciter fuit prius probatum.

Et item, sicut *corpus non potest simul figurari diuersis figuris*, sic, ut uidetur, *nec intellectus noster uel angelicus potest simul informari diuersis speciebus*.

[A8] Nec ualet si quis dicat quod non sunt ibi simpliciter in actu nec simpliciter in potentia, set medio modo, scilicet in habitu, quo modo nichil prohibet plures species esse in eodem, quia quantum ad actum informandi omnes species sunt simpliciter in actu, siue intellectus actu consideret siue non.

*O,93r* [A9] Secundo defficit in hoc quod dicit quod angelus potest  
*V173vb* uti | una specie et non altera, cum sit substantia uolens et libera:  
*D89va* non enim potest fieri quin agente et passo approximatis neces-  
 sario fiat actio, | nec similiter fieri potest quin presente obiecto  
 potentie cognitiue necessario fiat cognitio. Vnde in potestate uo-  
 luntatis non est quod intellectus noster non intelligat presentato  
 sibi obiecto in fantasmate, set quia uoluntas potest facere quod  
 fantasia non fantasietur de aliquo, potest etiam facere per conse-

deest 3

55

60

65

70

75

quens quod intellectus nichil consideret de illo. Cum igitur intellectui angelico per species, si quas habet, omnia obiecta equaliter represententur, impossibile uidetur quod in potestate eius  
80 sit intelligere unum et non aliud uel uti una specie et non alia.

[A10] Dicendum ergo quod angelus, sicut dictum est, intelligit se et alia a se. Respectu autem sui semper est in actu secundo, quia unumquodque per hoc intelligitur, quia presens est intellectui; angelus autem semper sibi ipsi presens est; quare etc.

85 [A11] Item uidetur AVGVSTINVS dicere X De Trinitate de anima nostra quod semper intelligit se et per eandem rationem. Nec obstat quod non experimur in nobis talem cognitionem, quia forte hoc est, quia in hac operatione <anima> non communicat corpori nec ut subiecto nec ut obiecto; nos  
90 autem, qui ex utroque constamus, nichil experimur, nisi illud in quo unum aliquo modo alteri communicat; ideo etc.

Respectu autem aliorum que dependent ex solis causis | naturalibus angelus semper est in actu secundo, quia etsi talia non sint presentia menti angelice secundum esse proprie existentie, sunt  
95 tamen ei presentia secundum esse quod habent in causis suis. Que autem dependent ex libero arbitrio nostro uel angeli, dum futura sunt, non sunt actu cognita ab angelo nisi forte per aliquam coniecturam, dum autem actu sunt, cognoscuntur ab angelo. Que autem sunt supernaturalia et ex sola uoluntate Dei dependent,  
100 neque futura neque presentia cognoscuntur ab angelo nisi per reuelationem. Et horum omnium rationes reddite sunt in precedente questione.

[A12] Emergit autem hic una dubitatio: Sicut enim unitas motus requirit unitatem termini, sic unitas operationis requirit

*deest B*

*O,93v*

	unitatem obiecti; ergo non uidetur possibile quod angelus uno actu et simul possit plura intelligere, quod est contra ea que dicta sunt. Et dicendum quod, cum intelligere fiat in nobis per hoc quod intelligibile sit presens intellectui, et similiter in angelo, quam presentiam facit non situs, set ordo, ut dictum fuit prius, omnia illa habent rationem unius intelligibilis et uno actu intelligi possunt ab angelo que sub uno ordine ei presentari possunt. Omnia autem que cognoscit angelus naturaliter sub uno ordine et in ordine ad unum presentantur   eidem, scilicet in ordine ad uirtutem celestem quam plene nouit et cui omnes cause inferiores et earum effectus, in aliquo subiciuntur, et ideo omnia talia habent rationem unius obiecti et uno actu intelligi possunt. Que autem reuelantur angelo, sub alio ordine cadunt et alio actu intelliguntur.	<i>deest</i> 23
<i>O<sub>1</sub>94r</i>	[A13] Per hoc ergo patet responsio ad primum. Sunt enim unum intelligibile que sub uno ordine continentur et que habent ordinem ad unum, qualia sunt omnia naturaliter intellecta ab angelo.	110
	[A14] Ad secundum dicendum quod nullus intellectus nisi diuinus est quin sit quandoque in potentia ad intelligendum aliqua, ea scilicet que dependent a libero arbitrio et que sciuntur per reuelationem.	115
	[A15] Ad tertium dicendum quod, si sit ponere intellectum agentem, ut ponit PHILOSOPHVS, licet hoc non ponat AVGVSTINVS, hoc solum necesse est illis qui dicunt intellectum moueri ab intellegibili, sicut dicit ARISTOTILES quod fantasmata uirtute sua non possunt mouere intellectum, set uirtutem accipiunt ab intellectu agente. Ponentibus autem quod intelligere non est ab obiecto effectiue, set a dante formam, licet requirat presentiam obiecti, non est necesse ponere intellectum agentem.	120 125 130

135 [A16] Ad quartum dicendum quod intellectus angeli reduci-  
 tur in actum | eorum que non semper actu considerat a creante  
 tamquam a causa per se et ex obiecto representato sicut a causa  
 per accidens, quemadmodum ignis de nouo calefaciens lignum,  
 quod actu calefaciat, habet per se a generante, a supponente uero  
 140 lignum habet hoc tamquam a causa sine qua non. Nec est hic  
 et ibi differentia, nisi quod calefacere transit in materiam exte-  
 riorem, ex quo conuenit ei quod in alio sit, sicut in causa mate-  
 riali et per se, intelligere autem non transit in materiam exte-  
 riorem et ideo causam aliam per se non habet nisi causans, sicut  
 145 calefacere, <ut> respicit solum calefaciens, nullam causam habet  
 nisi generans. Hec de naturali cognitione angelorum, quia de  
 eorum naturali dilectione inferius dicitur.

*deest B*

*O,94v*



<DISTINCTIO QVARTA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM ANGELI FVERINT CREATI BEATI VEL MISERI>

*D89vb* [A1] *Post hec uidendum est utrum perfectos uel beatos.* In hac distinctione agitur de statu in quo creati fuerunt angeli, circa quod queruntur tria. Primum est utrum creati fuerint beati uel miseri. [B1] Secundo queritur utrum angeli fuerint creati beati uel miseri. 5

Et uidetur quod fuerint creati beati, quia essentia *beatitudinis in Dei uisione consistit*: \* I o h . 17 : *Hec est uita eterna, ut cognoscant te, etc.; set angeli in principio sue creationis Deum uiderunt*; alioquin non habuissent cognitionem matutinam, que est cognitio rerum in uerbo, cuius contrarium \*ponit\* AVGVSTINVS Super Genesim ad lit- 15  
t e r a m ; ergo \*etc.\*

*M207vb* [A2] Item cognoscere Deum per essentiam et absque ullo medio est solum beatorum; set ange- [B2] Item | arguitur per AVGVSTINVM qui dicit Super Genesim libro I cap. 4 per

- 20 li ex solis naturalibus cognoscunt Deum absque ullo medio, quia | absque specie uel quocumque alio, ut deductum fuit in precedente distinctione; quare etc.
- 25 [A3] Contra. Angeli non poterunt creati miseri, ut infra probabitur; ergo nec beati.
- 30
- 35 [A4-B4] Responsio. Beatitudo | tam hominis quam angeli consistit in operatione intellectus et uoluntatis circa supremum obiectum, scilicet Deum, et hoc tam secundum theologos quam secundum philosophos. Hec autem beatitudo seu operatio est duplex: una ad quam possunt ex  
40 naturalibus attingere; alia quam non consequuntur nisi ex dono super-
- celum significari creaturam spirituales *que ab exordio quo facta est perfecta et beata est.* V174ra
- [B3] In contrarium arguitur, quia status beatitudinis | includit confirmationem in bono diuino | dicente AVGVSTINO XI O2113v  
De ciuitate Dei cap. 11: *Beata uita non nisi eterna est eternitatisque sue certa et segura; set angeli non fuerunt a principio in bono confirmati, quod patet, quia aliqui ceciderunt per culpam; ergo non fuerunt beati.* F95vb
- [A4-B4] Responsio. Beatitudo | tam hominis quam angeli consistit in operatione intellectus et uoluntatis circa supremum obiectum, scilicet Deum, et hoc tam secundum theologos quam secundum philosophos. Hec autem beatitudo seu operatio est duplex: una ad quam possunt ex naturalibus attingere; alia quam non consequuntur nisi ex dono super-
- Z61ra*  
*N74va*

rioris nature. Si loquamur de prima \*, dicendum quod in ea uel cum ea creati sunt \* angeli. Cuius ratio est, quia, \*ut sepe dictum est\*, per hoc fit intellectus in actu secundo, quod \*sit ei presens intelligibile\*; set intellectui angelico semper est in ea ratione in qua natum est presens supremum intelligibile, intellectum mouere; set diuina 45 quod est Deus; quare etc. Assumpta probatur, quia presentiam essentia fuit eque presens intellectui angelico in ratione obiecti intelligibilis seu mouentis a principio sue creationis quoad cognitionem naturalem, sicut umquam 50 extat ordo Dei ad angelum et e fuit postea, siue ponatur quod contrario quamdiu angelus est; intelligat Deum siue per speciem; quare etc. ergo angelus ab instanti sue creationis equaliter intellexit Deum 55 intellectione naturali sicut umquam postea.

[A5] Si autem loquamur de  
*O<sub>2</sub>114r* secunda beatitudine, illa consistit in duobus: in adeptione  
*Mu126ra* omnis boni per manifestam fruitionem, sicut dictum fuit Moysi

[B5] Si autem loquamur de  
 secunda | beatitudine, illa in duobus consistit: in adeptione om- 60  
 nis boni, | secundum illud quod dicit beatus AVGVSTINVS XIII

*Ostendam tibi omne bonum, et in  
carentia omnis mali.*

65

[A6] Quantum ad primum,  
non fuerunt angeli creati in bea-  
titudine, quia quicumque sit be-  
70 *atus*, habet *quidquid uult*, sicut  
dicit AVGVSTINVS. Sicut enim  
est beato presens diuina essen-  
tia, in qua est omnis ratio ueri  
quantum ad cognitionem, sic est  
75 ei eadem ipsa, in qua est omnis  
ratio boni, presens quoad dilec-  
tionem; set constat quod angeli  
in principio sue creationis non  
habuerunt quidquid uoluerunt:  
80 aliquid enim appetiit angelus qui  
factus est malus quod tunc non  
habuit; quare etc.

[A7] Quantum autem ad  
carentiam omnis mali culpe et  
85 pene creati sunt in beatitudine.  
Et de carentia mali culpe osten-  
detur inferius. De carentia autem  
mali pene patet, quia omnis pena

De Trinitate: *Beatus est  
qui habet quidquid uult et nichil  
mali uult, et in carentia omnis  
mali.*

[B6] Quantum ad primum,  
| non fuerunt angeli beati, quia *M208ra*  
aliqui eorum appetierunt ali-  
quod bonum quod non habue-  
runt et fuit bonum, quia illud  
*habuissent* postea, *si perstitissent*,  
ut communiter dicunt omnes  
Sancti; quare etc.

[B7] Quantum autem ad  
carentiam omnis mali possunt  
dici fuisse beati, quia omne ma-  
lum uel est malum culpe uel  
pene; set in angelis ab instanti  
sue creationis non fuit malum

uel est per subtractionem alicuius  
*A57rb* perfectionis debite uel habite  
 quoad penam dampni, uel per  
 immissionem alicuius dispositio-  
 nis contrarie quoad penam sen-  
 sus. Angelis autem in sua creatio-  
 ne nichil subtractum est quod ab  
 eis esset habitum, quia antequam  
 crearentur nichil habere poter-  
 erant; nec aliquid quod eis esset  
 [esset] debitum, quia, si pone-  
 rentur angeli in solis naturalibus  
 creati, adhuc nichil est eis sub-  
 tractum quod esset eis debitum,  
 quia nature nichil debetur preter  
 naturalia; si uero ponantur in  
 gratia creati, multo melius habemus  
 propositum, quia eis aliquid  
 conueniens est additum et nichil  
 debitum subtractum.

[A8] Item nec in eis fuit  
 malum pene per immissionem  
 alicuius dispositionis contrarie,  
 quia sublimioris nature est natu-  
 ra angelica quam celum; set ce-  
 lum non est secundum naturam  
 susceptiuum peregrine impres-  
 sionis, ut dicitur *I M e t h e o -*  
*r o r u m*; ergo multo minus na-  
 tura angelica. Loquor secundum  
 naturam, quia forte aliud <est>

culpe, ut infra patebit, nec ma-  
 lum pene, quia | pena non pre- 90  
 cessit culpam; ergo fuerunt beati  
 quantum ad carentiam omnis  
 mali.

95

100

105

110

115

120 secundum diuinam iustitiam, ut  
 ponunt aliqui in demonibus et  
 animabus dampnatorum quod  
 patiantur non solum per deten-  
 tionem, set per immissionem, de  
 125 quo inquiretur in quarto.

[A9-B8] Ad primum argumentum dicendum quod angeli in prin-  
 cipio sue creationis \*Deum\* non uiderunt uisione beata. Et quod op-  
 ponitur de cognitione matutina, que est rerum in uerbo, notandum  
 quod hec \*nomina\*, matutinum et uespertinum, inuenta sunt ab AV-  
 130 GVSTINO Super Genesim ad litteram, qui, cum posuisset  
 quod opera sex dierum \*simul\* facta fuissent, \*iuxta\* illud Eccl.  
 18: *Qui uiuit in eternum creauit omnia simul*, necesse habuit | expo- *O<sub>2114v</sub>*  
 nere quomodo intelligantur illi sex dies in quibus secundum litteram  
 uidetur quod res per quamdam successionem fuerunt create, ubi expo-  
 135 nit sex dies cognitionem angelicam sex rerum generibus presentatam.  
 Et sicut in usitato die est mane et uespere, sic ponit ipse | circa cogni- *D90ra*  
 tionem angelicam mane et uespere, idest cognitionem matutinam et  
 uespertinam. Non uocat autem cognitionem uespertinam cognitionem  
 rerum in proprio genere et matutinam cognitionem earum \*in uer-

bo\* gloriosam, \*ut quidam exponunt\*. Iuxta \*quam expositionem\* 140  
 procedit argumentum, quia, si cognitio \*angelorum matutina\* esset  
 gloriosa, omnes profecto fuissent beati, cum omnibus indita fuerit  
 cognitio rerum sex diebus productarum, et antequam producerentur  
 ordine nature. In quarum quolibet die distinguitur mane et uespere;  
 set uocatur cognitio uespertina, ut ibi expresse dicit \*, cognitio quam 145  
 habet angelus de se aut de alia re quod sit aliud a creatore; cum autem  
 hanc cognitionem refert ad laudem creatoris, qui lux est, ut alterius rei  
*F96ra* \*faciende\* | cognitionem accipiat, dicitur matutina; mane enim crescit  
 procedendo uersus lucem. Et hec matutina cognitio non arguit angelos  
 fuisse beatos. 150

[A10] Ad secundum di-  
 cendum quod nos, qui non  
 intelligimus nisi ex sensatis et  
 ymaginatis, pro statu uie non co-  
 gnoscimus Deum absque medio  
 creato, scilicet speculo creatura-  
 rum. Angelus autem cognoscit  
 ipsum absque medio, nec tamen  
 illa cognitio est gloriosa, quia  
 non attingit nec attingere potest  
 ad tantam limpiditatem nisi am-  
 pliori lumine superinducto nec  
 ad cognitionem Trinitatis nec  
 eorum que nunc fide credimus et  
 tunc clare uidebimus. 160

[B9] Ad secundum dicen-  
 dum quod AVGVSTINVS accipit  
 ibi beatitudinem pro carentia  
 omnis mali et pro beatitudine  
 naturali. 155

165

## &lt;QVESTIO SECVNDA

## VTRVM OMNES ANGELI FVERINT CREATI IN GRATIA&gt;

[A1] Secundo queritur utrum  
omnes fuerint creati in gratia.

5

[B1] *Post hec uidendum est.* Circa distinctionem istam primo queritur utrum omnes angeli fuerint creati in gratia. *F95va*

Et uidetur quod non, quia uoluntas angeli non auertitur ab eo cui adheret. Ex hoc enim redditur a quibusdam causa obstinationis demonum; set uoluntas angelorum | auersa | est a Deo per culpam; ergo numquam | adhesit per gratiam. *Mu125vb*

10

*V174rb*

[A2-B2] Item quod inest alicui a creatione \*naturaliter inest\*; set gratia non inest naturaliter, alioquin non esset gratia; quare etc. *N74rb*

15

[A3-B3] In contrarium est quod dicit AVGVSTINVS De ciuitate Dei libro XII, quod Deus erat simul *condens naturam et largiens gratiam*, et loquitur de angelis. Et HIERONYMVS Super Osee 3 cap., dicit quod *demones in magna pinguedine Spiritus Sancti creati sunt*.

[A4-B4] Responsio. Quamuis per certitudinem sciri non possit que



*O<sub>2</sub>112<sup>v</sup>* pars questionis sit uerior, cum questio sit de facto quod ex sola uolun-  
 tate diuina dependet, tamen probabilius uidetur quod angeli | fuerint 20  
 in gratia creati, tum quia ad hoc sunt expresse Sanctorum auctoritates,  
 que in opponendo tacte sunt, tum quia rationes satis probabiles hoc  
 conuincunt. Non enim minoris dignitatis fuerunt angeli quam pri-  
 mus homo; set ille fuit in gratia creatus; ergo et angeli. Minor proba-  
 tur secundum Sanctos: primus homo creatus fuit cum iustitia origi- 25  
 nali; set iustitia originalis non uidetur fuisse sine gratia concomitante,  
 cum non potuerit amitti nisi per culpam; quare etc.

*M207<sup>va</sup>*

quia consistebat in perfecta obe-  
 dientia corporis ad animam et  
 uirium inferiorum ad superiores  
 et in rectitudine uoluntatis ad 30  
 Deum. Sicut autem | duo prima  
 non uidentur esse sine gratia gra-  
 tis data, ita tertium, scilicet rec-  
 titudo uoluntatis ad Deum, non  
 uidetur fuisse sine gratia gratum 35  
 faciente.

[A5-B5] Item sicut est in esse nature, sic suo modo dicitur esse in  
 esse supernaturali; set sic est in esse nature quod quecumque processu  
 temporis producta sunt in se a principio fuerunt producta secundum  
 suas rationes seminales, ut ponit AVGVSTINVS Super Genesim; 40  
 ergo similiter in esse supernaturali gloria, que processu temporis crea-

turis rationalibus est data, fuit a principio secundum suum principium  
 seminarium producta; set seminarium glorie est gratia; quare a prin-  
 cipio fuit | homini et angelo concreata. Si que autem auctoritates ui- *O<sub>2</sub>113r*  
 45 dentur dicere quod prius fuerunt angeli creati quam haberent gratiam,  
 exponende sunt de prioritate nature, non temporis.

[A6-B6] Ad primum argumentum dicendum quod uoluntas angeli  
 non auertitur ab eo cui adheret per electionem, forsan autem angelus  
 malus solum habuit gratiam in munere uel in habitu et numquam in  
 50 usu. Vnde numquam per aliquem actum gratuitum uel meritorium  
 Deo adhesit.

[A7-B7] Ad secundum dicendum quod non omne quod inest a  
 principio alicui rei inest ei naturaliter, nisi ex necessitate sequatur prin-  
 cipia nature; alioquin unio ad suppositum diuinum fuisset homini  
 55 Christo naturalis, quod falsum est; et similiter est de gratia angelis  
 concreata.

<QVESTIO TERTIA

VTRVM BONI ANGELI FVERINT PRESCII SVE CONFIRMATIONIS  
 ET MALI SUI CASVS>

[A1] Tertio queritur utrum boni angeli fuerint prescii sue  
 5 confirmationis et mali sui casus.

| *deest* 3

[A2] Responsio. Dicenda sunt duo. Primum est quod tam boni quam mali angeli potuerunt per coniecturam credere se habituros beatitudinem, set non per certitudinem. Secundum est quod mali nullo modo potuerunt casum suum prescire, *D90rb* neque per coniecturam | neque per certitudinem.

[A3] Primum patet, quia effectus qui non provenit a causa necessaria, set contingente, determinata tamen ad producendum effectum magis quam ad oppositum potest in ea sciri probabiliter per coniecturam, set non per certitudinem; set beatitudo est huiusmodi, quia non dependet a causa necessaria, set contingente, scilicet libero arbitrio, determinata tamen magis ad consequendam beatitudinem quam ad oppositum, tum quia natura angeli est ad hoc creata et inclinationem habet, tum quia inerat adiutrix gratia; quare etc.

[A4] Secundum patet, quia malum precognitum aut complacet uoluntati aut non. Si complacet, iam culpa est; si non complacet, pena est. Set impossibile est ante primum peccatum angeli in eo fuisse culpam aut penam, quia primum implicat contradictionem, secundum uidetur importare iniustitiam, scilicet quod pena precedat | culpam; quare etc. Si autem esset reuelatus eis casus suus, accepissent utique dictum secundum comminationem, non secundum prescientiam. *O,115v*

*deest* 3

10

15

20

25

<DISTINCTIO QVINTA  
QVESTIO PRIMA  
AN ANGELVS PECCARE POTVERIT>

[A1] *Post hec consideratio addu-*  
5 *cit* etc. Circa distinctionem istam  
queritur de duobus in generali:  
de auersione malorum angelo-  
rum et de conuersione bono-  
rum. Circa primum queritur de  
10 duobus. Primum est an angelus  
peccare potuerit. Secundum est  
an potuerit peccare in instanti  
sue creationis. Circa primum sic  
proceditur: Videtur quod ange-  
15 lus peccare non potuerit, quia  
omnis peccans est ignorans; set  
in angelis non potest esse error  
uel ignorantia; quare etc.

[A2] Item *nullus peccat appe-*  
20 *tendo illud quod uere bonum est,*

[B1] *Post hec consideratio ad-*  
*ducit* etc. Circa distinctionem  
istam primo queritur an ange-  
lus peccare potuerit. Et arguitur  
quod non, quia digniores sunt  
angeli quam corpora celestia; set  
in illis non est malum secundum  
philosophos; ergo nec in angelis;  
quare nec peccatum, cum omne | *N74vb*  
peccatum sit malum.

[B2] Item *nullus peccat ap-*  
*petendo illud quod uere bonum*  
*est,* sicut nullus errat cognoscen-  
do quod uerum est; set angelus  
nec appetiit nec appetere potuit  
nisi uerum bonum; ergo angelus  
nec peccauit nec peccare potuit.

sicut nullus errat cognoscendo quod uerum est; set angelus non appetiit, nisi uerum bonum, quod obtinisset, si perstitisset, ut Sancti dicunt; quare etc.

Minor patet quantum ad hoc quod angelus non appetiit nisi uerum bonum, quia secundum Sanctos, si perstitisset, obtinisset illud quod appetiit; set non 25 obtinisset nisi uerum bonum; ergo illud solum appetiit.

[B3] Item nec aliud appetere potuit quam uerum bonum, quia uoluntas non potest ferri 30 nisi in cognitum; set intellectus angeli non potuit iudicare illud esse bonum quod non fuit bonum, alias fuisset in eo error, qui non fuit ante peccatum; quare 35 etc.

*O<sub>2116r</sub>* [A3-B4] In contrarium est quod dicitur Iob | 4: *In angelis suis reperit prauitatem.*

[A4] Item liberum arbitrium quod est ex nichilo productum flecti potest ad malum, quia flectibile est in nichil secundum ANSELMVM; set tale est liberum arbitrium angeli; ergo etc.

45 [A5] Responso. Quod angeli  
 peccare possint, dubium non est,  
 quia *quidam eorum peccauerunt*  
*et demones facti sunt*. Ad hoc  
 etiam est ratio satis efficax, quia  
 50 omnis uoluntas que non est sua  
 regula nec sue regule immuta-  
 biliter unita potest peccare in  
 actione sua. Rectitudo enim |  
 actionis consistit in adequatio-  
 55 ne <agentis> ad suam regulam;  
 propter hoc Deus peccare non  
 potest, quia sua uoluntas est sua  
 regula, nec beati peccare pos-  
 sunt, quia regule sue immutabili-  
 60 ter uniti sunt. Set uoluntas angeli  
 non est sua regula, immo regula  
 omnis uoluntatis est uoluntas  
 diuina, nec uoluntas angeli est  
 de natura sua immutabiliter uni-  
 65 ta uoluntati diuine sic ut ei actu  
 in omnibus conformetur, set fit  
 hoc solum per uisionem beatam,  
 per quam quilibet uidet actu in  
 uerbo in uniuersali et in particu-

[B5] Responso. Videnda sunt  
 duo. Primum est an angelus pec-  
 care potuerit. Secundum est quid  
 appetendo peccauit, utrum uide-  
 licet equalitatem Dei appetierit.

Quantum ad primum di-  
 cendum | quod angelus peccare *M208va*  
 potuit et peccauit, sicut patet  
 ex multis locis Scripture. Hec *V174va*  
 autem possibilitas probatur hoc  
 modo: Illa uoluntas potest | pec- *Z61rb*  
 care que innititur regule que  
 potest defficere, quia, si regula  
 potest defficere, et regulatum;  
 deffectus autem uoluntarius est  
 peccatum; set omnis uoluntas  
 creata tam hominis quam angeli  
 est huiusmodi; ergo etc.

Minor probatur, quia regula  
 cui innititur uoluntas est intel-  
 lectus uel ratio, quia uoluntas  
 non fertur nisi in illud quod est  
 sibi ostensum per intellectum  
 et rationem. In omni autem  
 intellectu creato potest incide-

lari quidquid ad eum pertinet; qua consideratione actu existente impossibile est non recte agere, quod est <a> regula rectitudinis deuiare, ut docet ARISTOTILES VII Ethicorum. Non sic autem est de angelo non beato quod semper actu consideret in uniuersali et particulari quid est appetendum uel fugiendum, ut patebit statim; quare etc.

[A6] De modo autem qua liter peccare potuit, dicitur sic communiter: Cum electio uoluntatis sequatur iudicium rationis, impossibile est uoluntatem peccare in electione, nisi precedat aliquis defectus in ratione. Ratio autem operando est duplex: uniuersalis et particularis, et utraque secundum habitum uel

re defectus, etsi non erroris uel ignorantie, tamen inconsiderationis. Iuxta quod est notandum quod hic *differunt error, ignorantia et inconsideratio. Error est approbare falsa | pro ueris* secundum AVGVSTINVM, unde semper includit falsam existimationem. Ignorantia uero est nescientia eorum que quis potest et tenetur scire. Inconsideratio autem est solus defectus actualis cognitionis eorum que aliquis scit in habitu. In angelis ergo, quamuis non ponatur proprie error aut ignorantia, ponitur tamen in eis inconsideratio, *quia non est necessarium quod omnia que nata sunt circumstare et rectificare* uoluntatem angeli in hiis que occurrunt agenda uel

Mu126rb

O<sub>2</sub>116v

secundum actum. Intemperatus enim habet de delectabilibus rationem erroneam in uniuersali et particulari propter uitiosum  
 95 habitum; set incontinens habet rationem rectam in uniuersali, puta quod non est fornicandum, set non in particulari, quia per  
 100 existimatio prudentie uel saltem absorbetur et iudicat hanc fornicationem fiendam tamquam bonam uel non considerat eam esse uitandam tamquam malam.  
 105 Et propter hoc peccant in electione intemperatus et incontinens, quia errant in ratione hic in uniuersali et particulari habitu uel actu non considerando quod  
 110 considerandum est. Quamquam autem de angelo non possit dici quod rationem agendorum habeat erroneam in uniuersali propter uitiosum habitum, quia  
 115 loquimur de angelis pro statu ante lapsum, nec in particu-

eligenda subsint semper *sue actuali considerationi* et precipue quantum ad ea que sunt supra naturam angeli, ut sunt illa per que tendendum est in beatitudinem. Et propter deffectum huius considerationis potuit deffectus esse in electione angeli dum appetiit illud quod de genere suo erat bonum, non appetendo cum circumstantia sine qua non erat appetendum. Quod autem cum circumstantia illa non appetierit, causa fuit, quia de illa non considerauit. Et | sic ponitur angelus  
 M208vb  
 peccasse, quia uoluit obtinere beatitudinem non ex merito suo apud Deum aut ex Dei dono, quia de hoc nichil considerauit.



lari propter passionem corrup-  
 pentem existimationem pruden-  
 tie, cum in eis non ponamus  
*D90va* passiones quales sunt in nobis, | 120  
 tamen ponimus in eis non consi-  
 derationem. Considerando enim  
 de uno, non considerant de alio,  
 quia non omnia simul intelligunt  
 et quia aliquid sine una condi- 125  
 cione est bonum et eligendum  
 quod non est eligendum sub  
 alia uel omnibus condicionibus  
 concurrentibus, propter quod  
 non est simpliciter eligendum. 130  
 Ideo peccare potuerit angelus  
 appetendo aliquod bonum quod  
 secundum aliquam circumstan-  
 tiam ab angelo consideratam erat  
 appetendum, simpliciter autem 135  
 appetendum non erat propter  
 aliquas circumstantias ab eo non  
 consideratas. Vnde ponitur quod  
 angelus peccauit appetendo bea-  
 titudinem absque meritis, in quo 140  
 indirecte appetebat esse ut Deus,  
 qui per naturam habet suam bea-  
 titudinem.

*F96rb* [A7-B6] Set \*hic opponunt aliqui\* sic: Sicut intellectus | est uerus  
 uel falsus in intelligendo, sic appetitus est bonus uel malus in appe- 145

- tendo; set intellectus apprehendens unum eorum que in re coniuncta sunt, non apprehendendo alterum, non est falsus, nisi apprehenderet unum esse sine altero (tunc enim esset falsus diuidendo composita); ergo similiter appetitus rationalis uel intellectualis appetens rem
- 150 aliquam de se bonam, non appetendo eam cum sua circumstantia, puta appetens finem, scilicet beatitudinem non appetendo | ea que *O<sub>2</sub>117r* sunt ad finem, scilicet merita uel aliquid tale, non propter hoc est malus, nisi appeteret | habere finem excludendo ea que sunt ad finem. *N75ra*
- 155 Set secundum positionem predictam angelus non appetiit beatitudinem absque meritis exclusiue, \*ita ut\* uellet habere beatitudinem et uellet non habere merita, quia, cum uoluntas non feratur nisi in cognitum, oportuisset quod angelus extimasset \*hoc\* fuisse possibile, et tunc fuisset error in cognitione angeli antequam peccasset, \*quod falsum est\*. Appetiit \*igitur\* habere beatitudinem absque meritis
- 160 non exclusiue, set non appetendo merita uel considerando de meritis; set in hoc non uidetur esse aliqua culpa, ut dictum est; quare etc. non excludendo ea, set nichil considerando de eis et per consequens nichil de eis uolendo; in hoc autem non uidetur esse aliqua culpa, ut dictum est; quare etc.
- 165 [A8] Et dicendum quod non est simile de intellectu et appetitu, quia res intelligitur per hoc [B7] Et dicendum ad hoc quod non est simile de intellectu et uoluntate, quia obiectum

*A57va* quod ratio eius intellectui <pre-  
sens est>, appetitur autem ut  
in se est. Verum enim et falsum  
sunt in intellectu, bonum au-  
tem et malum, que spectant ad  
appetitum, sunt in rebus. Cum  
*M209ra* igitur rationes quidditatis in esse  
coniunctarum possint distincte  
offerri intellectui, poterunt et  
distincte apprehendi. Quia <au-  
tem> res existit cum omnibus cir-  
cumstantiis suis, et sic appetitum  
terminat; propter quod, nisi sit  
bona cum omnibus suis circum-  
stantiis, appetitus eius est malus.

*O<sub>2</sub>117v*

intellectus est natura rei | seu  
quidditas. Plures autem nature 170  
seu quidditates rerum, quamuis  
coniungantur in uno supposito  
secundum existentiam, semper  
tamen distinguuntur secundum  
suas naturas, sicut | albedo et dul- 175  
cedo in lacte; et ideo intellectus  
potest substantiam lactis com-  
parare ad qualitatem dulcedinis,  
sicut ad aliquid habitum ab ea,  
non comparando eam ad quali- 180  
tatem albedinis, quamuis et illa  
sit habita, sicut et dulcedo, et est  
uera comparatio non excludens  
aliam, set solum non includens.  
Voluntas autem per actum elec- 185  
tionis tendit in rem electam | et  
uolitam, ut habeatur secundum  
quod est in re, sicut uolens co-  
medere lac, quia dulce, tendit ad  
habendum lac prout existit in re. 190  
Et quia quelibet res existit cum  
omnibus circumstantiis suis, ideo

195

uoluntas per electionem tendit in rem cum omnibus circumstantiis suis, quamuis ratio tendendi sit solum una; propter quod, si circumstantia non considerata ponit in re uolita rationem mali, actus electionis erit malus, sicut, si albedo in lacte esset condicio mortifera, eligens comedere lac, quia dulce, non considerando de circumstantia albedinis mortifere, male eligeret et peccaret.

200

deest 21

210

215

[B8] Set adhuc insurgit alia dubitatio, quia secundum hanc uiam | uidetur quod in angelo precedat error proprie dictus *Z61va* malam electionem, quia uoluntas non eligit nisi quod intellectus dicit esse bonum; set intellectus dicens aliquid bonum ex consideratione rei secundum se uel ex consideratione unius circumstantie non considerando de aliis circumstantiis est falsus, cum *bonum* sit secundum *DYONISIVM ex tota causa, malum uero ex particularibus defectibus*; ergo uoluntas sequens talem intellectum habet errorem preuium, quia intellectus dicit illud esse bonum quod non est bonum, quia non habet omnes circumstantias ad bonitatem eius requisitas.

[B9] Et dicendum est ad hoc quod error in intellectu angeli non precessit tempore | uel duratione malam electionem, et in *M209rb* hoc sensu est intelligendum commune dictum, precessit tamen | *O2118r*

*deest* ¶  
*Mu126va*  
*F96va*

natura. Inconsideratio enim quam angelus habet de circumstantiis | eligibilium antequam immineat uoluntati eligere est 220  
quidam deffectus, set non est culpabilis, | quia nullus tenetur circumstantias eligibilium considerare, nisi quando uult eligere, et tunc primo inconsideratio talium circumstantiarum est peccatum, quia tunc debitum est illa considerare que possunt electionem rectificare. Ex hac autem inconsideratione prouenit 225  
erroneum iudicium ad quod sequitur electio praua. Error ergo precedit electionem, saltem ordine nature, set sequitur inconsiderationem culpabilem; et sic error non est ante peccatum, set post, saltem ordine nature. Nec tamen dicendum est quod inconsideratio precedens errorem et electio praua ipsum sequens 230  
sint duo peccata, set unum tantum, quia unum est | peccatum propter alterum et nichil prohibet, ut infra dicitur, quod unum peccatum sit in pluribus actibus, sicut nichil prohibet quod plura peccata sint in actu uno. Et sic patet primum.

*N75rb*

[B10] Quantum ad secundum, scilicet an angelus appetierit 235  
equalitatem Dei, dicitur communiter quod sic, set illa equalitas exponitur tripliciter. Primo quod angelus appetiit proprie equa-

deest ¶

240

245

250

255

litatem cum Deo, ita scilicet quod esset tante excellentie in potentia et scientia sicut Deus. Secundo exponitur quod | proprie *O<sub>2</sub>118v* hoc non appetiit, set indirecte, quia appetiit Deo non subesse et in hoc quodammodo appetiit ei equari, sicut econtrario ille qui est subiectus non dicitur equari ei cui subicitur. Tertio exponitur quod appetiit equalitatem diuinam non aliquo dictorum modorum, set solum secundum quid et interpretatiue, ut postea exponetur.

[B11] Prima et secunda expositio | non possunt stare. Pri- *M209va* mo, quia omne illud quod aliquis appetit appetitu simpliciter electiuo extimatur possibile, quia *electio non est nisi possibile*; set angelus non potuit extimare tamquam possibile quod equaretur Deo in potentia uel scientia aut quod ei non subesset, cum angelus sit peditus cognitione naturali per quam scitur certitudinaliter quod impossibile est creaturam equari creatori aut permanere nisi subsit diuine uirtuti; ergo angelus non potuit appetere appetitu simpliciter electiuo, qualis fuit appetitus quo appetiit equalitatem Dei predictis modis.

Item Sancti dicunt quod angelus illud appetiit quod obtinisset, si perstisset; set angelus numquam obtinisset equalitatem cum Deo in scientia uel potentia aut quod non fuisset ei subditus; ergo illud non appetiit.

*deest* ¶  
*O<sub>2</sub>119r*

Set tertio modo, scilicet secundum quid et interpretatiue, 260  
 appetiit equalitatem Dei inquantum appetiit aliquam | excel-  
 lentiam non recurrendo ad Deum, apud quem merendo et ex  
 cuius dono illam deberet obtinere, set attendendo ad dignita-  
 tem solum naturalium, non quidem quod extimasset illam ex-  
 cellentiam se posse habere sine Deo, set quia non considerauit 265  
 de modo habendi eam per meritum et a Deo. Et in hoc potest  
 dici appetiuisse equalitatem cum Deo, quia, sicut Deus habet  
 excellentiam non ab alio, sic angelus appetiit excellentiam non  
 appetendo eam ab alio.

[A9] Posset et aliter assignari  
 qualiter peccare potuit angelus  
 dicendo quod appetiit id quod  
 malum erat non secundum se,  
 set quia prohibitum. Sicut enim  
 primo homini statim ut creatus  
 fuit, data fuit lex cuiusdam obe-  
 dientie, <scilicet> ut non ederet  
 de ligno uetito, ut dicitur Gen.  
 2 cap., sic incredibile non est  
 quod inspiratione diuina angelis  
 data fuit aliqua lex obedientie ut  
 pari lege uiuerent qui ad parem  
 gloriam facti erant.

*M209vb*

[B12] Potest et alio modo 270  
 dici appetiuisse equalitatem Dei  
 inquantum aliquam excellen-  
 tiam appetiit que erat ei prohi-  
 bita appeti uel modo quo erat ei  
 prohibita, non considerando de 275  
 prohibitione, set solum conside-  
 rando excellentiam sue nature.  
 Et istum modum uidetur tange-  
 re MAGISTER Sententiarum  
 libro II dist. 1, ubi innuit quod, 280  
 sicut primo homini statim ut  
 creatus fuit data fuit lex cuius-  
 dam obedientie, | scilicet ut non

285

Et hoc dicit | MAGISTER in  
 prima distinctione Secundi  
 290 Sententiarum sic de spi-  
 ritu humano et angelis: *Vtrisque*  
*regulam proponens obedientie*  
*quatinus illi ab eo ubi erant non*  
*caderent, scilicet angeli, et isti,*  
 295 *scilicet homines, ab eo ubi erant*  
*ad id ubi non erant ascenderent.*  
 Et sicut peccauit primus homo  
 appetendo id quod ei erat pro-  
 hibitum, quod tamen secundum  
 300 se malum non erat, non consi-  
 derans actu de diuina prohibi-  
 tione, set solum actu considerans  
 ut quadam benignitate uxori  
 condescenderet, sic peccare po-  
 305 tuit angelus appetendo quod erat  
 prohibitum, non considerans de  
 prohibitione, delectatus in consi-  
 deratione proprie excellentie.

comederet de ligno uetito, ut di-  
 citur Gen. 2, sic angelis data  
 fuit aliqua lex obedientie, ut pari  
 lege uiuerent qui ad parem glo-  
 riam facti erant. | Vnde dicit sic  
 loquens | de hominibus et ange-  
 lis: *Vtrisque regulam proponens*  
*obedientie quatinus et illi ab eo*  
*ubi erant non caderent, scilicet |*  
 angeli de celo, *et isti, scilicet ho-*  
 mines, *ab eo ubi erant, scilicet*  
 a paradiso terrestri, *ad illud ubi*  
*non erant, scilicet ad paradisum*  
*celestem, ascenderent.* | Et secun-  
 dum hoc, sicut peccauit primus  
 homo appetendo illud quod erat  
 ei prohibitum, quod tamen non  
 erat secundum se malum, non  
 considerans actu de diuina pro-  
 hibitione, set solum considerans  
 ut quadam benignitate uxori  
 condescenderet, sic peccare po-  
 tuit angelus appetendo quod erat  
 prohibitum uel modo quo erat  
 prohibitum, non considerans de

V174vb

Z61vb

F96vb

O<sub>2</sub>119v

A57vb



*N75va* Quale autem fuerit preceptum obedientie angelis datum, nec nos scimus nec Scriptura loquitur. Vtroque tamen modo ponitur quod angelus peccauit, quia non considerauit quod considerare debuit.

[A10] Et est aduertendum, quod, [ubi] nisi poneremus in angelis fuisse aliam cognitionem quam naturalem, forte non possemus angelo attribuere talem inconsiderationem. Quecumque enim naturali cognitione cognoscit, simul et actu cognoscit exceptis illis que excepta sunt in IV dist., ubi de hoc quesitum est; saltem non uideo quod in hiis que fienda sunt per angelum uel appetenda ab angelo in puris naturalibus constituto possit aliqua inconsideratio poni in eo, cum

*O<sub>2</sub>120r* omnes rationes et circumstantias

prohibitione, delectatus in consideratione proprie excellentie. 310  
 | Quale autem fuerit preceptum obedientie datum angelis, nescimus nec Scriptura loquitur et, quia non obediens uidetur parificare se in hoc precipienti, quia non uult ei subici, ideo dicitur appetiuisse equalitatem Dei. 315

[B13] Et est aduertendum quod, nisi poneremus in angelo aliam cognitionem quam naturalem, forte non possemus eis attribuere talem inconsiderationem, quia, sicut in speculabilibus per naturam ab angelo cognitio angelus cognoscendo subiectum statim cognoscit quidquid subiecto attribuitur uel ab eo remouetur, propter quod non intelligit componendo et diuidendo et intellectu principio statim in ipso intuetur conclusionem, et ideo non intelligit discurrendo, sic in eligibilibus | et operabilibus 320 325 330

335 cuiuscumque presentis agibilis  
 uel appetibilis non discursiue,  
 set intuitiue quilibet angelus  
 perfecte nouerit in propria rei  
 natura.

340 [A11] Ad primum argumen-  
 tum dicendum quod, licet in  
 angelo non fuerit proprie *error*,  
 qui est *approbare falsa pro ueris*,  
 tamen in eo fuit inconsideratio  
 345 circumstantie debite considerari,  
 ratione cuius peccare potuit.

350

[A12] Ad secundum dicen-  
 355 dum quod nullus peccat appeten-  
 do illud quod est uerum bonum  
 cum omnibus suis circumstan-  
 tiis; habere autem beatitudinem  
 secundum se bonum est, set non  
 360 sine meritis, qualis fuit appetitus  
 angeli uel forte appetiit aliquid  
 secundum se bonum, quod ta-

ab angelo in puris naturalibus  
 | considerato uidetur quod co- *Mu126vb*  
 gnoscendo | eligibile uel agibile *M210ra*  
 statim cognoscat omnes circum-  
 stantias que possunt eum in eli-  
 gendo rectificare.

[B14] Ad primum argumen- *D90vb*  
 tum dicendum quod non est si-  
 mile de corporibus celestibus et  
 angelis nisi quantum ad ea que  
 sunt nature, quia quantum ad  
 hoc, sicut non est malum nature  
 in corporibus celestibus, ita nec  
 in angelis; set quia angeli sunt  
 liberi arbitri, ideo in eis potest  
 esse malum electionis, precipue  
 respectu supernaturalium, quod  
 malum non potest esse in hiis  
 que non sunt liberi arbitri, ut est  
 celum.

[B15] Ad secundum dicen-  
 dum quod angelus peccauit ap-  
 petendo illud quod non erat bo-  
 num ex omnibus circumstantiis,  
 licet esset bonum ex genere, nec  
 tamen propter hoc precessit error  
 angeli quodcumque peccatum,  
 quia non precessit inconsidera-  
 tionem culpabilem, quam ange-

men erat prohibitum, quidquid  
ibi fuerit.

lus debebat habere ex quo uole-  
bat eligere, quamuis precesserit  
electionem natura, non tempore. 365

[A13] [Ad] argumentum au-  
tem in oppositum sumptum ex  
auctoritate ANSELMI non pro-  
bat nisi quod, sicut liberum  
arbitrium angeli creatum est  
ex nichilo, sic per cessationem  
influentie uerti potest in nichil  
secundum esse nature, set quod  
possit uerti in nichil secundum  
esse moris, quod nichil dicit  
<nisi> peccatum, non probat,  
quamquam et illud sit uerum.

370

375

<QUESTIO SECVNDA

VTRVM ANGELVS POTVERIT PECCARE IN PRIMO INSTANTI  
SVE CREATIONIS>

[A1] Ad secundum sic procedi-  
tur. Videtur quod angelus pec-  
care potuit in primo instanti sue  
creationis, quia *peccatum opponi-*

[B1] Secundo queritur utrum an-  
gelus potuerit peccare in primo 5  
instanti sue creationis. Et uidetur  
quod sic, quia *peccatum opponi-*

*tur merito; set natura intellectualis in primo instanti sue creationis*  
 10 *potuit mereri, sicut ponitur de anima Christi; ergo pari ratione angeli in primo instanti sue creationis potuerunt peccare.*

[A2] *Item si angelus primo*  
 15 *fuit bonus et postea malus, cum hoc non possit esse in eodem instanti, oportet quod fuerit in alio et alio; set inter quelibet duo instantia est tempus medium; ergo*  
 20 *in illo tempore medio nec fuit bonus nec malus, quod est impossibile; ergo angelus non est factus ex bono malus, set a principio fuit malus.*

25 [A3] *Item anima in primo instanti potest peccato maculari; ergo et angelus.*

30 [A4] *Set contra est, quia non contingit peccare nisi per actum liberi arbitri; set liberum arbitrium est solum de futuris, non de presentibus aut preteritis; omne*  
 35 *autem futurum precedit aliquod*

*tur merito; set natura intellectualis in principio sue creationis potuit mereri, sicut ponitur de anima Christi; ergo pari ratione angelus in primo instanti sue creationis potuit | peccare et demereri.* *O<sub>2</sub>120v*

[B2] *Item anima in primo instanti sue creationis potest maculari peccato originali et maculatur; ergo et angelus peccato actuali.*

[B3] *In contrarium arguitur, quia operatio que simul incipit cum esse rei inest ei ab agente a quo habet esse, sicut moueri deorsum inest graui ab agente a quo habet esse et moueri*

presens et preteritum; ergo omne peccatum est post aliquod tempus presens et preteritum.

Minor patet, quia *actus liberi arbitri est electio*, que est solum de illis de quibus est consilium; <consilium> autem solum est *de futuris*, ut habetur VI *Ethico-rum*; quare etc.

[A5] Responsio. Fere omnes *M210rb* concordant in hoc, quod angelus in primo instanti sue creationis non potuit peccare. Huius autem uarie assignantur rationes. Quidam dicunt sic quod, *cum uoluntas non sit nisi boni apprehensi, non potest aliquid esse uoluntatum, nisi apprehendatur ut bonum, quod, si uere bonum est, non* *O,102r* *est | peccatum in appetitu. Oportet ergo, si est peccatum, quod sit uerisimiliter bonum et non uere bonum.* *F97ra* *Set secundum AVGVSTINVM Contra Academicos non potest aliquid iudicari uerisimile,*

*sursum inest igni* ab agente; set actio peccati non potest inesse angelo a Deo creante angelum; ergo impossibile est actionem que simul inceptum cum esse angeli 40 fuisse malam.

[B4] Responsio. Tenetur com- 45 munitur quod angelus | non potuit peccare in primo instanti sue creationis. Rationem autem huius assignare est satis difficile, quia multi modi assignantur qui 50 reprobantur etiam ab assignantibus eos. Ad presens tamen recito solum unum quem non approbo, deinde ponam illud quod magis intelligo. 55

Modus quem aliqui ponunt est iste, quod angelus in primo instanti peccare | non potuit, quia deliberare non potuit in instanti, ut arguitur secundum eos: 60

nisi prius sit uerum cognitum. Oportet ergo quod intellectus ueri boni precedat intellectum uerisimilis boni, et similiter appetitus  
 65 extimati boni quo malus fit angelus non potest sequi primum actum intellectus, quo uerum bonum consideratur, set sequitur secundum, quo consideratur uerisimile  
 70 bonum. Vnde, cum impossibile sit intellectui creato simul multa intelligere, non potuit appetitus angeli in primo instanti sue creationis esse malus.

75 [A6] Hec autem positio uideatur in duobus deficere. Primo in hoc quod dicit quod in appetendo uerum bonum, non est peccatum. Contingit enim <peccare>  
 80 in appetendo uerum bonum, si appetatur absque debitis circumstantiis, ut dictum est in questione precedente. Isti etiam et omnes alii ponunt angelum

peccatum electionis sequitur deliberationem rationis; set angelus in primo instanti deliberare non potuit; ergo nec peccare.

Maiores supponitur, set minor probatur, quia deliberatio angeli de supernaturalibus, respectu quorum peccare potest, ut supra dictum fuit, | est discursiua et  
 O<sub>2</sub>121r requirit tempus. Licet enim intellectus angelicus non sit discursiuus in cognitione rerum naturalium, quia in illis que naturaliter cognoscit statim inspicit quemcumque in eis cognosci possunt, sicut intuendo naturam subiecti statim cognoscit que possunt subiecto attribui uel ab eo remoueri et in cognitione principii statim cognoscit conclusiones existentes in eo propter perfectionem sui luminis intellectualis, | quia, ut  
 N75vb dicit Dyonisius IV cap. De diuinis nominibus ange-

peccasse appetendo uerum bonum.

*Z62ra* Secundo defficit in hoc quod dicit quod uerisimile bonum non potest esse primum apprehensum ab intellectu, quia, etsi uerisimile non possit primo apprehendi sub ratione qua simile, quia uerisimile bonum mensuram habet ex uero bono, tamen sub ratione qua bonum nichil prohibet ipsum esse primum apprehensum et per consequens primum uolitum; uel, dato quod hoc sit uerum in angelo, in quo

*O<sub>1</sub>102v* | ante peccatum non potuit esse

*M210va* error | quoad intellectum, quia

*VI75ra* pena precessisset culpam, tamen in hoc ratio peccat, quia quod assumit non est uerum naturaliter, set tantum gratia mediante. Adhuc quod intellectus non possit

*O<sub>2</sub>121v* simul multa intelligere, scilicet uerum bonum et uerisimile bonum, cum unum habeat attributionem ad alterum, nec probant nec declarant; saltem sufficiens probatio non est ista, quia non

lus est *speculum* pulcherrimum, 85  
*clarissimum*, ex quo conuenit ei quod non intelligat | naturalia componendo et diuidendo uel discurrando, tamen respectu supernaturalium intellectus angelicus est discursiuus, quia respectu eorum lumen intellectuale angeli est debile et quasi obumbratum, tantum uel plus sicut lumen intellectuale nostrum respectu naturalium, nec in uno supernaturali reuelato uidet quecumque ei attribuuntur uel ab eo remouentur, propter quod talia cognoscit | componendo, diuidendo et discurrando. Et cum in electione sequendo talem cognitionem discursiuam fuerit peccatum angeli, patet quod non potuit peccare in primo instanti. 105

[B5] Istud autem non uidetur sufficienter dictum, primo quia | ualde dubium est an cognitio angeli respectu quorumcumque etiam supernaturalium sit discursiua et requirens tempus, et forte pauci hoc concederent. 110

contingit intellectum creatum simul multa intelligere. Omnia  
 115 enim illa aliquo modo sunt unum intelligibile quorum unum habet ordinem ad alterum.

[A7] Alius modus ponitur ad probandum eandem conclusionem, quod angelus peccare non potuit in primo instanti sue creationis pro tanto, quia *operatio que simul incipit cum esse rei inest ei ab agente a quo habet esse, sicut moueri sursum a generante; set actio peccati non potest angelo inesse a Deo creante angelum, quia actus deffectuosus non est nisi a deffectuoso agente, sicut claudicatio naturalis tibie ex debilitate seminis; in Deo autem non possumus | ponere deffectum alicuius uirtutis; quare impossibile est actionem que simul incipit cum esse angeli | creati a Deo esse malam.*

Secundo, quia non solum est culpa eligere post deliberationem, set etiam male eligere ante deliberationem ubi esset deliberandum. Licet ergo angelus non potuisset secundum illam uiam peccare in instanti sue creationis per electionem sequentem deliberationem successiuam, tamen potuit peccare eligendo | *A58ra* uel uolendo aliquid ante debitam deliberationem. Deliberatio ergo talis non impedit quin angelus in primo instanti sue creationis peccare potuerit.

*D91ra*

*O,103r*



[A8] Nec ista ratio facit fidem, quia quod actio que simul incipit cum esse rei attribuitur agenti uel generanti et ei imputetur, hoc solum est in illis in quibus non est principium actiuum, set solum passiuum, non liberum, set naturale, sicut in grauibus et leuibus. Quod patet: In eodem enim instanti in quo est ignis illuminat domum. Et hec actio attribuitur igni, in quo est principium actiuum illuminationis, nec attribuitur generanti ignem, nisi sicut cause remote. In grauibus autem et leuibus, in quibus non est actiuum principium sui motus, set solum passiuum, oportet quod sit extra ipsa, et hoc est *generans*, [quia] quod *est proxima causa per se mouens grauia et leuia*, ut docet ARISTOTILES VIII *Phisicorum*. In quibus etiam est solum principium passiuum non naturale, set liberum, si tamen aliquod principium passiuum liberum esse potest, actio non imputatur agenti, quia generans non causat actionem nisi dando tale principium, sicut generans non mouet graue nisi dando ei formam grauitatis, ad quam naturaliter sequitur esse deorsum, nisi sit aliquid prohibens. Set si principium datum a producente sit liberum, actio sequitur ad tale principium per indifferentiam, propter quod determinatio actionis ad hoc uel illud bonum uel | malum non potest imputari producenti, set rei producte, que ratione libertatis sue ad alterum se determinat. Igitur in illis solum actio attribuitur generanti uel producenti, in quibus non est principium actiuum, set passiuum, naturale et non liberum; set in angelo uel est principium actiuum sui primi uelle uel, si sit passiuum, est tamen liberum; quare primum uelle angeli non debet attribui Deo creanti.

deest 23

140

145

150

155

160

O,103v

[A9] Item quandocumque actio que simul incipit, cum esse  
 165 rei attribuitur generanti, omnes actiones eiusdem rationis attri-  
 buuntur eidem, sicut patet in grauibus et leuibus. Non enim  
 solum mouetur graue deorsum a generante quando fit graue,  
 set etiam postquam est actu graue et extra locum suum mo-  
 uetur per se a generante, per accidens autem a remouente pro-  
 170 hibens, ut docetur VIII P h i s i c o r u m . Si igitur primum  
 uelle angeli attribuitur Deo creanti, et omnia uelle sequentia  
 attribuentur eidem, et ita numquam poterit peccare angelus,  
 quod est falsum.

deest B

[A10-B6] Ideo dicendum est aliter quod angelus aut fuit creatus in  
 175 gratia aut non. Si in gratia, cum impossibile sit eidem simul inesse gra-  
 tiam et culpam, impossibile est quod in instanti sue creationis, in quo  
 habuit gratiam, commiserit culpam. Si autem non fuit creatus in gra-  
 tia, aut habuit in sua creatione solam cognitionem naturalem aut preter  
 eam habuit aliquam \* supernaturalem. Si habuit solam cognitionem  
 180 naturalem, peccare non potuit, quia secundum eam non possumus \*in  
 angelo ponere\* inconsiderationem aliquam, cum angelus plene | noue-  
 rit omnes circumstantias cuiuscumque agibilis uel appetibilis | ab eo  
 intuendo naturam rei, ut supra dictum est. Si autem in sua creatione  
 habuit aliquam supernaturalem cognitionem, idem sequitur, quia pec-

Mu127ra

O<sub>2</sub>122r

*M210vb* catum angeli non potuit esse nisi per inconsiderationem. Impossibile 185  
est autem et contradictionem implicans | quod in instanti in quo data  
est angelo supernaturalis cognitio \*in eodem\* fuerit in eo inconsidera-  
tio. Nullus enim accipit nouam cognitionem nisi per actualem consi-  
derationem; \*ideo\* etc.

[A11] Set contra hoc potest sic instari: nonnullum peccatum  
est [obiecto] non assentire hiis que reuelantur per fidem; set  
in instanti in quo creatus est angelus proposita fuerunt angelo  
uel reuelata aliqua supernaturalia pertinentia ad fidem, ut po-  
nit predicta positio; potuit eis angelus non assentire, cum non  
essent ei manifesta; ergo non assentiendo potuit peccare et hoc  
etiam peccatum prouenisset ex quadam nescientia angeli, qui  
ignorat quantum est de se ea que sunt supernaturalia.

[A12] Set istud non ualet, quia quod angelus non assentiret  
Deo reuelanti, hoc esset, uel quia illud quod esset reuelatum a  
Deo reputaret falsum, uel saltem dubium; utroque autem modo  
poneretur error in angelo, quod esse non potest; quare tenen-  
dum est quod angelus in primo instanti peccare non potuit,  
*V175rb* quia non potuit in | illo instanti habere inconsiderationem illam  
que ad eius peccatum requiritur.

[A13] Idem patet tenendo  
aliam uiam, scilicet quod angelus  
peccauerit appetendo id quod  
malum erat non secundum se,  
set quia prohibitum, quia pec-  
catum angeli prouenit ex incon-  
sideratione, ut dictum est; set

[B7] Idem patet tenendo 205  
aliam uiam, scilicet quod angelus  
peccauerit appetendo illud quod  
malum erat non secundum se,  
set quia prohibitum. Cuius ra-  
tio est, quia peccatum angeli 210  
prouenit ex inconsideratione, ut

deest 3

195

200

angelus in instanti in quo creatus  
fuit, non potuit habere inconsi-  
derationem de prohibitione sibi  
215 facta, uel quia tunc sibi facta fuit,  
et sic eam tunc agnouit, uel post-  
modum, et sic in primo instanti  
eam transgredi non potuit, quia  
nondum eam acceperat; quare  
220 etc.

225

[A14] Alii dicunt sic quod, si  
230 angelus | in primo instanti pec-  
care non potuit, causa est, quia  
deliberare non potuit in instanti.  
*Deliberatio enim requirit tempus,*  
eo quod fit cum quodam dis-  
235 cursu. Licet autem intellectus  
angelicus non sit discursiuus in

sepe dictum est; set angelus in  
instanti in quo creatus fuit non  
potuit habere inconsiderationem  
de prohibitione, si qua fuit sibi  
facta; ergo tunc non potuit pec-  
care faciendo contra prohibi-  
tionem.

Maior patet, set minor proba-  
tur, quia uel prohibitio fuit sibi  
facta in instanti in quo creatus  
est uel postea. | Si tunc, ergo eam *F97rb*  
cognouit et sic ex inconsidera-  
tione peccare non potuit. Si post-  
ea, ergo in primo | instanti non *O<sub>2</sub>122v*  
potuit peccare appetendo aliquid  
prohibitum uel modo prohibito,  
quod est contra positum.

[B8] Alii uero dicunt quod  
angelus peccare potuit in primo *D91rb*  
instanti sue creationis, licet non  
peccauerit, quia, sicut Deus ali-  
qua uult libere ab eterno, ita an-  
gelus ab instanti sue creationis  
aliqua libere uelle potuit et nolle,  
propter quod potuit mereri bene

N76ra cognitione rerum naturalium, quia in illis que naturaliter cognoscunt statim inspiciunt quecumque in eis cognosci possunt, sicut intuendo naturam subiecti statim sumit quecumque possunt subiecto attribui uel ab eo remoueri et in ipsa cognitione principii statim inspiciunt omnes conclusiones existentes in eis propter perfectionem sui luminis intellectualis, quia, ut dicit DYONISIUS IV cap. De diuinis nominibus, angelus est *speculum pulchrum clarissimum*, ex quo conuenit ei quod non intelligat naturalia componendo et diuidendo uel discurrendo, tamen respectu supernaturalium est intellectus angelicus discursiuus, quia respectu eorum lumen angelicum intellectuale est debile et quasi obumbratum tantum uel plus quam lumen nostrum intellectuale respectu naturalium nec in uno supernaturali reuelato uidet quecumque ad ipsum consequuntur aut ei

uolendo uel demereri male uolendo. Si enim omnis actus qui inest | creature ab instanti sue creationis inest ei non ex se, set a create, qua ratione non potest demereri nec mereri, quia meritum et demeritum consistunt in actu, qui est in potestate agentis et inest sibi aliquo modo a se ipso libere et non ab alio solum, cum omne tale insit ex necessitate.

Quia tamen prima opinio communior est, ideo secundum eam respondendum est ad rationes in oppositum.

255

260

265 attribuuntur uel ab eo remouen-  
tur, propter quod talia cognoscit  
componendo et diuidendo et  
discurrendo. Et cum in electione  
sequente talem cognitionem dis-  
270 cursiuam fuerit peccatum angeli,  
patet quod non potuit peccare in  
primo instanti.

[A15] Set istud non ualet,  
quia non solum est culpa male  
275 eligere post deliberationem, set  
etiam male eligere ante delibera-  
tionem, ubi esset deliberandum.  
Licet autem angelus non potuerit  
eligere electione sequente delibe-  
280 rationem in instanti sue creatio-  
nis, quia deliberatio requirit tem-  
pus, tamen potuit suspendere  
electionem quousque deliberas-  
set; propter quod eligendo ante  
285 deliberationem peccare potuit.  
Deliberatio ergo non impedit  
quin angelus in primo instanti  
peccare potuerit.

[A16] Ad primum argumen-  
290 tum dicendum quod, sicut ange-  
lus in primo instanti nec peccauit  
nec peccare potuit, sic nec meruit  
nec mereri potuit. De anima au-  
tem Christi an in primo instanti  
295 meruerit, dicetur infra III lib.

dist. 18. Vel dicendum quod, licet  
facilius sit peccare quam mereri,  
ut ponitur communiter, tamen  
in casu potest esse contrarium. Et  
sic est in proposito. Quia enim  
in primo instanti non potest in  
angelo esse defectus inconsidera-  
tionis, ideo non potest in eo esse  
uitium esse electionis.

*M211ra*

*O<sub>2</sub>123r*

*O<sub>1</sub>104r*

[A17] Ad secundum | dicendum quod angelus non solum  
per unum instans fuit bonus, immo per tempus. Mora enim fuit  
inter creationem angeli et lapsum eius, que mora coexistit tem-  
pori nostro et non soli instanti, licet tempore nostro non fuerit  
proprie mensurata. Per totum autem sequens tempus fuit ma-  
lus. Et sicut inter tempus et tempus non oportet dare medium,  
eo quod tempus continuatur tempori, sic inter precedentem  
bonitatem angeli et sequentem malitiam non fuit mora media.

[A18] Ad tertium dicendum  
quod non est simile de anima  
et angelo, quia anima non pec-  
cat ex sua personali electione, set

[B9] Ad primam quod, licet  
sit facilius peccare quam me-  
reri, ut communiter, tamen in  
casu potest esse contrarium et  
sic est in proposito. Quia enim  
in primo instanti non potest in  
angelo esse defectus inconsidera-  
tionis | respectu supernaturalium,  
respectu quorum potest peccare,  
ideo in eo non potest esse uitium  
electionis. Potuit tamen in eo  
esse recta et libera electio, propter  
quam mereri | potuit, si tamen  
aliquem actum liberum tunc ha-  
bere potuit.

300

305

310

*deest* 33

315

[B10] Ad secundum dicen-  
dum quod non est simile de  
anima et angelo, quia anima  
non contrahit peccatum origi-

320

peccatum contrahit ex corpore  
cui unitur et statim cum creatur  
325 quod non potest poni in angelo.

nale ex personali electione, set  
ex unione sui cum corpore, cui  
unitur statim quando creatur;  
peccatum autem angeli, si quod  
fuisset, prouenisset ex personali  
electione, que non potuit esse  
mala in primo instanti, quia non  
potuit tunc esse deffectus incon-  
siderationis.

330

[A19] Argumentum in oppositum, licet adducatur ad  
conclusionem ueram, tamen non concludit, quia, licet obiec-  
tum electionis et consilii sit aliquid futurum, ipsam tamen elec-  
335 tionem, in qua essentialiter peccatum consistit, non oportet post  
creationem angeli quandoque fuisse futuram, nisi sequeretur  
deliberationem discursiuam. Electio enim sequens cognitionem  
angeli pure naturalem potuit simul esse cum inceptioe angeli.

| *deest* B

## &lt;QVESTIO TERTIA

## VTRVM ANGELI BEATI SVAM BEATITVDINEM MERVERINT&gt;

[A1] Ad secundum principale  
sic proceditur. Videtur quod  
5 angeli beati suam beatitudinem  
non meruerunt,

[B1] Tertio queritur utrum an-  
geli beati suam beatitudinem  
meruerint. Et uidetur quod non,

| quia meritum aut attenditur secundum \*operis difficultatem\* aut \*  
ualorem. Non secundum difficultatem, quia in angelis nulla fuit diffi- *Z62rb*



cultas ad bonum; nec secundum operis ualorem, quia nunc mererentur per actum beatitudinis, qui est summi ualoris, quod tamen falsum est; 10  
quare etc.

[A2-B2] Preterea sicut gloria cadit sub merito condigni, sic prima gratia sub merito congrui; set angeli non meruerunt gratiam de congruo, cum in ea creati fuerint; ergo nec gloriam de condigno.

[A3-B3] In contrarium est, quia premium respondet merito, sicut 15  
*O<sub>2</sub>123<sup>v</sup>* pena demerito; set mali angeli non habuerunt | penam sine demerito; ergo nec boni habuerunt premium sine merito.

[A4-B4] Responsio. Dicenda sunt tria. Primum est quod beati angeli suam beatitudinem meruerunt; secundum est quod post unicum actum meritorium eam habuerunt; tertium est quod non solum natu- 20  
ra, immo tempore meritum precessit premium.

*M211<sup>rb</sup>* [A5-B5] Primum patet sic: \* *In quibus inuenitur* | aliqua perfectio eiusdem rationis in eis est idem modus consequendi \*perfectiorem illam\*; set in angelis et hominibus est beatitudo unius rationis,

*V175<sup>va</sup>* unde Apoc. 21 dicitur quod erunt enim homines sicut angeli 25  
in illa celesti Hierusalem men- Dei in celis;

*D91<sup>va</sup>* sura angeli | est mensura hominis;  
ergo cum homines absque merito non perueniant ad beatitudinem, uidetur quod nec angeli. Et hoc concordat illi positioni que dicit quod pec-

30 *catum angeli fuit in hoc quod beatitudinem absque merito habere uoluit*,  
 exponendo ut supra expositum est; *non fuisset autem hoc ei peccatum, si*  
*\*ordinatus fuisset\** ad consequendum beatitudinem sine merito; quare  
 etc.

[A6-B6] Secundum sic: Pronior est Deus ad *\*remunerandum\**  
 35 quam ad condempnandum; set mali | angeli ex unico actu sunt eter- *F97va*  
 naliter condempnati; ergo boni angeli ex unico actu sunt eternaliter  
 beatificati. Ratio autem huius forsan esse potest, quia *gratia perficit na-*  
*turam secundum modum nature. Est autem modus nature angelice quod*  
*statim | per naturam | et unico actu suam | beatitudinem naturalem* *O<sub>2</sub>124r*  
 40 *\*habeat\**, ut dictum fuit supra dist. 4; quare et per gratiam in unico *A58rb*  
 actu *\*debet\** suam *\*supernaturalem beatitudinem\** *\*attingere\**. *Mu127rb*

Sic enim ordinatur angelus ad  
 supernaturalem beatitudinem  
 per gratiam in ratione meriti,  
 45 sicut ordinatur ad felicitatem  
 naturalem per suam naturam in  
 ratione principii.

Et potest formari talis ratio: sic- *N76rb*  
 ut ordinatur angelus ad felicitatem  
 naturalem per suam naturam  
 in ratione principii, sic ordinatur  
 ad beatitudinem supernaturalem  
 per gratiam in ratione meriti; set  
 angelus per naturam in ratio-  
 ne principii statim assecutus est

unico actu suam naturalem bea- 50  
titudinem; ergo per gratiam in  
ratione meriti debuit per unicum  
actum attingere supernaturalem  
beatitudinem.

[A7] Tertium sic patet, scilicet  
quod meritum tempore pre-  
cessit premium,

[B7] Tertium patet, scilicet 55  
quod meritum tempore precessit  
premium, et non solum natura,

quia, si simul sunt meritum et premium, aut consistant in eo-  
dem actu aut in alio et alio. Non potest dici quod consistant in  
eodem actu, ita quod *unus et idem* actus *conuersionis* in Deum,  
*secundum quod est ex libero arbitrio, est preparatio ad gratiam,*  
*set secundum quod est gratia informatus est meritorius glorie.* Vt  
autem perficitur per habitum glorie est actus fruitionis, quia  
habitus qui perficiunt diuersas potentias non informant eun-  
dem actum, quia idem actus non elicitur a diuersis potentiis;  
set gratia et gloria sunt in diuersis potentiis, quia gratia est in  
uoluntate, quam perficit ad actum meritorium, gloria autem est  
in intellectu, quem perficit ad actum uisionis beate; ergo gratia  
et gloria non informant eundem actum. Impossibile est igitur  
quod idem actus sit meritorius per gratiam informantem et  
fruitorius per gloriam. Quod si quis dicat quod idem actus uo-  
luntatis est meritorius, inquantum per gratiam elicitur, et idem  
fruitorius – frui enim actus est uoluntatis, inquantum sequitur  
uisionem que est per gloriam –, animaduertat quod non potest  
esse idem actus uoluntatis precedens uisionem beatam, qui est  
eius meritorius, et sequens, qui est fruitorius, nec iterum meri-  
tum et premium consistunt in diuersis actibus simul existentibus,

deest 38

60

65

70

75

quia actus qui includunt \*oppositionem\* circa statum operantis non possunt esse simul; set actus | meriti et premi includunt oppositionem *M211va*  
 80 circa statum operantis; ergo etc.

Minor probatur, quia mereri est illius qui est in statu acquirentis et tendentis ad terminum, premium autem respicit statum non acquirentis, set iam possidentis, nec tendentis \*, set iam existentis in termino, et hec manifeste opponuntur; ergo meritum et premium non possunt  
 85 esse simul.

Oportet ergo quod uel <pre-  
 mium> precedat meritum, quod  
 est absurdum, utpote quin ali-  
 quis prius sit in termino quam in  
 90 uia, uel quod meritum precedat  
 premium, quod concedimus.  
 Non <autem> ualet quod aliqui  
 dicunt quod sicut miles meretur  
 equum sibi datum a rege poste-  
 rius militando, sic beati angeli  
 nunc merentur suam beatitu-  
 dinem per opera quibus nobis  
 ministrant, quia exemplum non  
 est ad propositum. Equus enim  
 100 collatus militi aut est collatus

Oportet ergo quod uel meritum  
 precedat premium, et sic habetur  
 propositum, uel quod premium  
 precedat meritum, quod est  
 absurdum, sicut est absurdum  
 quod aliquid sit prius in termino  
 quam in uia, si tamen in utroque  
 debeat esse, quamuis dicat MA-  
 GISTER | in littera contrarium. *O<sub>2</sub>124v*  
 Quod aliqui confirmant dicentes  
 quod, sicut miles equum sibi a  
 rege prius datum meretur postea  
 strenue militando, sic beati ange-  
 li beatitudinem sibi a principio  
 datam merentur nunc per opera

gratuito, et tunc sequentia opera non sunt eius meritoria, quia meritum est contra rationem gratuite donationis – *ei enim qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, set secundum debitum*, ut dicitur Ad Rom. 4 –, set sunt talia opera quedam gratiarum actiones; aut equus est collatus sub pacto, ut scilicet recipiens equum militet regi, et tunc non acquirit ius in re nisi exhibita prius operatione, ut sic semper meritum precedat premium.

quibus nobis ex iussione diuina ministrant. Set istud non ualet, quia equus datus a rege militi aut est datus gratuite et simpliciter, et tunc sequentia opera non sunt eius meritoria, quia nullus meretur quod suum est, set per meritum facit quilibet ut aliquid efficiatur ei debitum et per consequens suum, quod prius non erat ei debitum nec suum, set talia opera sunt quedam recompensatio gratitudinis de beneficio prius accepto.

Si autem equus esset collatus militi sub tali pacto quod militaret pro rege, tunc per sequentia opera meretur equum non quidem prius suum, set quasi accomodatum, ut per opera facta per equum acquireret sibi equum. Beatitudo autem non datur beatis sub aliqua condicione, set simpliciter; et ideo per sequentia opera nullus meretur beatitudinem. Et item beatitudo semel habita semper durat. Si ergo per

130 opera sequentia aliquis meretur  
 beatitudinem, | sequeretur quod *M211vb*  
 meritum et premium essent si- *O2125r*  
 mul, quod est improbatum.

[A8-B8] Ad primum argumentum dicendum quod ad rationem  
 meriti tria concurrunt \*: ualor operis, ut sit aliqua proportio inter me-  
 ritum et premium, si sit meritum de condigno; | libertas operantis, ut *Z62va*  
 135 operatio sit in potestate operantis, quia talibus solum \*laudamur uel  
 uituperamur\*, meremur uel demeremur; et quod operans sit in statu  
 aliquid acquirendi, quia per meritum aliquid efficitur debitum quod  
 prius non erat debitum. Beati igitur angeli nunc non merentur suam  
 beatitudinem, | quia non sunt in statu acquirendi eam, set prius eam *F97vb*  
 140 meruerunt concurrentibus tunc omnibus condicionibus que sunt de  
 ratione meriti. Nunc etiam per eandem rationem mereri possunt ali-  
 quam accidentalem beatitudinem per opera quibus nobis ministrant.

[A9-B9] Ad secundum dicendum quod sicut Deus creauit angelos  
 in gratia, ita si uoluisset, potuisset eos creasse in gloria; set non sic  
 145 decuit, cum gloria sit finis operis meritorii, gratia autem | principium. *D91vb*

[A10-B10] Argumentum etiam in oppositum \* defficit, | quia con- *N76va*  
 tra iustitiam esset infligere penam sine | demerito, set gratie est dare *O2125v*  
 premium sine merito \*.